ti Ecclesiastici. Velluti corpus Animae, cap. quoniam distinctione 10, ex quo intelligitur ex in Extrauaganti Unam sanctam de Maioritate et obed. ibi: in hac eiusque potestate duos esse gladios spirituallem, scillicet, et temporallem. Euangellicis dictis instruimur. et ibi, Ergo est in potestate Ecclesiae Spirituallis scillicet gladius et materiallis. sed ille sacerdotis, is manu Regum et militum ad nutum et patientiam sacerdotis exercendus. oportet autem Gladium esse sub Gladio et temporalle auctoritatem spirituali subiici potestati. cap. 9 Distinct. 22. ibi: qui Beato Petro aeterne Vite Claiuigero terrenii simul et celestis imperii iura commissit, suares de legibus lib. 4, cap. 9, n. [illegible] ex quo respondetur ad affirmationem Arg. non enim Pontifex disponit directe de rebus secullaribus, sed quia ex Jurisdictione Spirituali habet summam potestatem circa sacramenta et matrimonium. Joannes Junior consillio 51, n. 50, lib. 2. idioque causa legitimationis ad ipsum Pontificem pertinet cap. Tuam de ordine Cognitionum. dedit legitimationem in radice, quae directe disponit de rebus suae Jurisdictionis, dispensando in impedimento matrimonii, vel de impedimento dirimenti, aut de effectu, scillicet legitimatione prollis indirecte quae operatur tallis legitimatio omnes effectus ciuiles. quod non est inconueniens ut supra dixi.

Secundum et Ultimum Argumentum quod tractat sitos legitimationes ex sequenti matrimonio ita proponitur, Licet concedatur huiusmodi legitimatio tamen non erit sufficiens ad excludendum substitutum uocatum ad Maioriam, vel fideicommissum, quia tallis uocatus habet iam acquissitum Jus aliquod considerabille spei, scillicet succedendi etiam uiuente ultimo possessore, Mollina lib. 3, cap. 6. n. 37, et lib. 2 cap. 8, n. 31, ubi ait non posse Principem tollere ius hoc, et lib. 3, cap. 3, n. 11, non posse legitimari in praejuditium substituti, et prouatur sententia communi, praxi recepta posse scillicet successorem in uita ultimi possessoris peterem ut declaretur successor, quae nullo alio fundamento nititur, quam quia habet Jus aliquod considerabille quod ad Judicium deducat, reffert Ma-

li ita, licet ipse contrariam sequitur, lib. 3, cap. 24 per totum, sed priuillegia non operantur in damnum tertij, l. 2 § si quis à Principe, D. ne quid in loco publico, Sallicetus in l. generalliter § cum autem, C. de Institutionibus nº 7, Hipollitus Riminaldus consilio 46, nº 82, uollumine 1º, ergo non excluditur substitutus, confirmatur ex doctrina Bartholli communiter recepti in l. Gallus § et quid si tantum D. de liberis et posthumis nº 11, et in l. Moribus 2. D. de Vulgari nº 11, ubi ait legitimationem fictione Juris et retro tractione quadam constituere fillium in illo statu quem haberet si à principio natus esset legitimus l. 2. D. de Natallibus restituendis, sed hoc intelligitur in his quae fillio sunt utillia, non vero alijs nociua, quapropter non aufert hereditatem patris sui acquisitam iam ab heredibus ab intestato facit lex Antiochentium 37. D. de Rebus auctoritate Jud. possidendis, alias est sub titulo de Priuillegijs creditorum Matienzius in l. 10, titulo 8, lib. 5, compillationis, glossa 3, nº 24, facit tex in l. Stipullatio de Dote 63 D. de Jure Dotium, l. in insullam 42 § Ultimo D. solluto matrimonio, Gutierres in d. § sui nº 173, Gregorius in l. 3, titulo 15, p. 4, glossa magna in principio, ergo simulliter substitutus non excluditur à Jure succedendi sibi iam acquissito. &c.

Huic argumento Respondetur supponendo prius potestatem Principis, siue ecclesiastici siue temporallis circumuallatam esse triplici Justitiae differentia, legallis, commutatiuae, et distributiuae, ex quibus omnibus tenetur Jus suum unicuique tribuere, sed diuersso modo pro diuerssitate Juris quod tribuit, quod optime declarat Justin. tribus Juris praeceptis relatis in § Juris praecepta Inst. de Justitia et Jure honeste Viuere, alterum non laedere, et suum Jus unicuique tribuere (et omissa disputatione de Justitia commutatiua et distributiua, simulque de posterioribus praeceptis, alterum non laedere et Jus suum cuique tribuere quae ad illas pertinent, primum scillicet alterum non laedere ad commutatiuam praecipientem ne Jus auferatur, siue illud sit ad rem, siue in re, quod maximum Jus est, et ideo dicitur laessus à quo aufertur, ultimum ad distributiuam Justitiam tribuentem praemia unicuique secundum Jus quod habet ad illa, et me-

rita

rita sua habita consideratione ut plurimum Geometricæ proportionis. Allegat 1.° Ethicorum cap. 3. et 4. Suares in Opusculis disputatione de Justitia sectione 4. et 5. quod quando non ita magnum et proprium jus est, non dicitur læssus cui præmium non datur etiamsi peccet contra virtutem huius Justitiæ male distribuens, sed non tenetur ad restitutionem cap. Grauenimis de Præbendis l. 2. tit. 16. parte 1. Conc. Trid. sessione 22 de Reformatione cap. 2. in principio, Cobb. regulla possessor 2.ª parte § 10. n.° 11. Vrhine, et reg. Peccatum 4.ª parte § 7. Nicollaus Garzia de Beneficiis 7. parte cap. 16. Mollina de Primogenijs lib. 2. cap. 5. n.° 45.) At vero ad alium rem ad præsentem difficultatem ex Justitia legalli tenemur Reipublicæ exhibere quando Vtillitas exposcit uitas nostras, actiones et bona que consistit in dominio quodam alto et generallissimo, quod res publica habet in nos et bona nostra, quod quæ non impedit secundum aliud dominium particullare quod unusquisque habet in rebus suis, nec liberam administrationem illarum, ita explicat Suares loco citato, correspondetque talli Justitiæ legalli præceptum primum dicti § Honeste uiuere, nam illa præcipit Virtutum exercitium in ordine ad Pacem, Aristotelles Ethicorum cap. 1. his Verbis: præcipit autem lex et ea agere quæ ad Virtutem et Virum pertinent fortem, ut non deserere locum in acie, non fugere, non abjicere arma. et item ea quæ ad temperantiæ, ut non adulterari, non libidine uti et in cæteris uirtutibus atque uitiis alia iubens alia uetans. et Cicero 1.° de Officijs, Honestatem dicit fontem omnium uirtutum. quapropter consequenter potest Princeps aliquem facere liberallem cum Republica, et hoc modo illum priuare bonis suis. duobus tamen concurrentibus. et quod sit illud utille Reipublicæ secundum arbitrium et conscientiam Principis, et quod si Respublica bona alia habeat pro illis quæ aufferuntur bonum cambium tradatur tangit Mollina alios refferens lib. 3. de Primogenijs cap. 3. n.° 20. et 27. facit tex in l. item si Verberatum § 2. D. de Rei uendicatione, et l. lucius Titius D.

+ sessione.

de Cuitionibus, l. Venditor 13. §. si constat D. communia prædiorum, l. 2. tit. 1. p. 2. ubi Gregorius Glossa 2. Ex lege patet quo modo intelligantur aliqua Jura in argumento relata nam Princeps quando dedit priuilegium generalliter, neque cambium tradit, non utitur potestate absoluta, siue Justitia legalli, neque uult auferre Jus quæssitum, ita in l. 1. §. si quis a Principe D. ne quid in loco publico, cap. quamuis 8 de Rescriptis in 6. et simailliter fictio transitatiua, seu retrotractiua in priuilegiis, non operatur in Jus quæssitum, de quo loquntur doctrinæ Bartholli supra citatæ, ideo scillicet quia Princeps non uult plenitudine potestatis uti, licet posset, et ideo Barthollus in d. § Et quid si tantum n.° 12 et deinceps ait, fillium legitimatum post mortem patris non auferre bona acquissita iam ab heredibus ab intestato, ita etiam lex in l. nec fillio 4, D. de Natallibus restituendis. Et ista etiam ratione in Jure nostro inuentæ sint fictiones postliminii, hereditatis iacentis et similles, ne scillicet illa bona tempore intermedio cum nullius sint et pro derellicto acquirantur primo ocupanti ex lege 3, D. de Acq. rerum dominio lege 48, tit. 28. p. 3, quo lueniit ut heres quandocumque adeat possit recuperare omnia bona testatoris, sicut et bona sua Captiuus quando reuertitur, quin Jus aliquod acquissitum aufferant. Ex quo intelliguntur Jura in l. Nec non s. C. de captiuis ubi Venerssus acquirit hereditatem quam nemo adire potuit propter suspenssionem Juris postliminii, At uero non recuperat ex hoc Jure bona per Vsucapionem aliis acquissita, sed necessarium fuit illi nouum remedium restitutionis l. 1. D. ex quibus causis maiores, Barthollus in d. § Et quid si tantum n.° 14.

Nunc autem in presenti difficultate videre restat quando in legitimationibus utatur Princeps potestate absoluta et prædicta Justitia legalli, quando uero potestate ordinaria, et respondere potest tunc primo uti quando auffert Jus et cambium tradit, V. g. si exprimat legitimare ex certa scientia, ut aufferatur bona

acquisita iam ab heredibus abintestato Bartho. nº 24,
adfinem ibidem. Et hinc constat ratio communis opinioni, que
tenet ad huiusmodi legitimationes precedere debere causa
cognitionem de utillitate publica ordinario jure citatis ij
quibus interest, non enim procedit hec sententia ex deffectu
potestatis superioris, sed ex deffectu uolluntatis eius dem qui
non alliter uult talles legitimationes concedere in prejudi-
tium tertij nisi precedente causa cognit.e de utillitate contra
illos quibus committit talles legitimationes concedere, quomo-
do intelligo fundamentum Mollina .d. lib. 3, cap. 3, nº 24
ubi ex stillo Curie reffert, jussu Auditorum Vicis Camere
committunt, n. prouationes contentorum in narratiua ju-
dicibus ordinarijs, qui citatis ad interest, recipiunt testes
et remittunt Auditoribus ut ipsi causa cognita uideant.
An sit utille et sic concedant dispensationem, atque Romana
Curia non ita sed sub conditione, si ita est ut in narratiua con-
tinetur, Bullas expedit committitque Judici Ordinario Na-
rratiuam postea comprouandam, et gratiam concedendam, San-
ches de Matrimonio .d. disputatione 7, 2 p.te nº 16, et 17
sed hec pertinent ad stillum, non quo limitant Principis po-
testatem. Unde si ipse uellit potest ita concedere ex certa scientia
de utillitate publica ad aufferendam etiam hereditatem, uel
aliud jus quesitum, quoque sic amplector contrariam opinio-
nem communem, scillicet non esse uariam partium citationem
quam reffert ex Sarmiento sellectarum lib. 1. cap. 8, nº 3,
Mollina .d. libro 3, cap. 3, nº 23, et 27, non enim est
limitata potestas Principis in modo condendi leges, aut
priuillegia concedendo, sed quomodocumque disponat tenentur
Judices inferiores executioni mandare, nec disputare ua-
lent an fuerit causa cognita necne, arg.to tex. in cap. In
istis distinctione 4 ubi non licet Judici de legibus judicare
sed secundum illas cap. summopere 70. 11 q. 3, Alles 5
Ethicorum cap. 3, et 6, et Pollitticorum cap. 10. Licet enim

possit euenire ut lex uel priuillegium absque rationabilli cawsa
concedatur, hoc ipsius Principis conscientiam onerabit, cui
datum arbitrium est, nos vero pro lige semper in dubio re-
spondere tenemur. =

Secundum restat videre quid, qualle ve sit Jus illud secundo
uocati in uita primo uocati, et magnum Jus esse tenet Mollina in eo
quod tollendo eodem modo procedere debere Principem, sicuti quando tollit
Jus quesitum libro 3, cap. 2, nº 12 et deinceps et lib. 1 cap. 8, a
nº 31, ex lege si itta 3. C. de testis. ibi: si itta iure filium, sit et heres
sit capax auctoritate rescripti nostri rescindi non opportet. et ibi
alios plures reffert. facit etiam tx in l. 2. D. de Decurionibus
ubi reuersus plane locum suum quidem non obtinebit l. Ordine D.
Ad municipalem Doctores in lege quod ergo § Pena grauior D. de
iis qui notantur infamia, et in l. falsi § Ordine D. de Falsis =
sed hoc quidem procederet quando Princeps uellet derogare uocationes,
uel auferre gradum in quo uocatus est, in quo simillis est tx in d. l.
si itta 3. uel si Princeps uellet post dellatam successionem 2º uocato
ita legitimare ut excludatur, in quo simillia Jura in d. l. 2. etc.
At vero quando ultimi possessoris fillii legitimantur potius Princi-
pem dicendum est non dare secundo uocato quod posset si liberos pri-
mi incapaces conseruare quam aliquid auferre a secundo uocato
quod ita patet, nam Jus secundi uocati si consideretur respectu suae uoca-
tionis Jus magnum et radicatum est quod tolli non potest nec a
Principe uocationes transmutante; si uero consideretur respectu ip-
sius fideicomissi maioris uel tantundem est spes quaedam succe-
dendi si 1º uocatus decesserit sine liberis legitimis Sanchez
d. disputat. 7, nº 6, Bartholus non purifficari nisi per reductio-
nem ad impossibille in l. Mutianae D. de con. et demonstra.
Mollina lib. 3, cap. 10, nº 6 et sequentibus facit tx in l. fi-
llius 4. 2. § cum filius D. de bonis libertorum ibi: qui sequen-
tis gradus sunt non admittuntur interim, et lib. 1 cap. 8, nº 33
reffert Platonem qui hanc succedendi spem somnum uigillan-
tium appellauit, et lib. 1. cap. 13 nº 35, et 36 illam opinionem

scillicet fillium incapacis natum in Vita ultimi possessoris excludere transuersalles lineæ Vimotioris. et lib. 3. cap. 2. nº 14. 19 ad finem, et 20, simillites tenet Vestibulum in uita ultimi possessoris excludere Vimotiores. Mier Matiensius in l. 10. glº 2. lib. 5. Glossa 3. prouat tx in l. 1. § finalli D. de bonorum possess. contab. l. siquis fillio exheredato 6 § penult. D. de injusto rupto, l. si necem § si deportatus D. de bonis lib. junta l. etiam 3, § si deportatus 7 Codem tit. Matiensius libri 5. et tandem ipse Mollina d. lib. 3. cap. 14 nº 18 illam opinionem deffendit scillicet non esse admittendos ad judicium sequentes in gradu in uita ultimi possessoris alia ratione, quia licet uocati sint, nullum tamen jus considerabille habent ad Maioriam, ergo sicut potest Princeps restituendo incapaces inuocatum efficere ut Vimotior qui admitteretur excludatur, ita potest legitimando, arg. tx in d. l. 2. D. de Natallibus restituendis, et Auth. quibus modis naturalles efficiantur sui § illud Collat. 7, habet, ni, iam pro si fillius restitutus et primam uocationem et capacitatem. ....

Tandem quod dicebatur in arg. legitimationem esse fictionem, neque operare in ueritate, minus obstat nam si consideretur tempus in quo dispensatio obtinetur in Vadice, uel matrimonium subsequens cellebratur est uerum et non sibi legitimatio conceditur, nam est juris potestas ea, ut in rebus juris fingendo disponit in Veritate Barthollus communiter recepti us in d. l. fiisqui pro emptore nº 5 et 6. Matiensius d. glossa 3. nº 2. et 8. Pichardus in § 5. de heredum qua nº 19 Gutierres in § sui nº 165, ex quo intelligitur opinio probabillis fillium scillicet legitimatum excludere fratrem suum postea natum ex eodem uel alio matrimonio, quia ubi considerar legitimatio prout effectum habet retrotractiuum ad tempus preteritum natiuitatis, et pro hoc tempore filio translatiua non disponit in Veritate, ex quo intelligitur etiam ex alia communi sententia, ut fillius legitime natus excludat fratrem qui

+ nº 17 ad finem

qui postea ex matrimonio sequenti legitimatur, licet exclusus maior sit ętate, et legitimatione fictionis quoniam non est in veritate primo legitimus. de qq Mollina d. lib. 3, cap. 1. cap. 6, nº 6, et 7, et lib. 3, cap. 3, nº 8, Gutierres in d. § sui precipue nº 192. transitea fallis v. semper excluditur quia ad illum non attenditur ętas, sed linea quę post legitimationem remotior invenitur. et de his satis.

De legitimatis per oblationem Curię

legitimabantur etiam filij natalles per oblationem curię l. si quis natalle 3, C. de Naturallibus liberis et sin. in principio Inst. de Nuptijs. Aut. quomodis natura effi. sui, cap. 2, et 2 4, 5, nº 15, p. 4. Ubi Gregorius Glossa 2. Cobi. in 4º 2 parte, cap. 8, § 7 ad finem. Donellus commentariorum lib. 2, cap. 21 post principium. Mollina de primogenijs lib. 3, cap. 3, nº 33, Pichardus de qr. quę ab intestato § 5 in principio.

Declaratur ista conclussio ut procedat in illis sollum qui se Curijs civitatum offerebant, a patre vel offerebantur. Erat enim Curia corpus quoddam civium qui consillio publico et gubernationi preerat; ollim enim constabat ex decima parte civium qui de maioribus civitatibus ad minores incolles callendas et stabiliendas mittebantur, idcirco Collonię dicti, ex eorum quę parte decima regimini designata Decuriones l. pupillus 239 § Decuriones D. de verb. sig. l. Omnes 33, l. Decurio 41. C. de Decurionibus lib. 10; quorum unus erat adstringi fere publicis muneribus ut si aliquando discessissent manu iniecta revertebantur l. Curialles 39, l. omnes 42, l. Omnes 49 C. de Decurionibus lib. 10. l. si quis 12. C. de Episcopis et Clericis, ex ipsorum morientium bonis pars certa certis conditionibus Curię debebatur, de quo toto titulo C. quo et qq

Videndus est hac de re Ant. Pich. in § 5º de legitima filiorum legitimatorum successione qui optime explicat modum huic legitimationi in ttº Inst. de her. quę ab i.

quarta pars debeatur ex bonis Decurionum, ideo neque viventes poterant minuere patrimonium in fraudem Curie aut aliquid omittere l. quoniam C. de Naturalibus lib. cum liberi eius de conditionis erant d. l. quoniam in fine C. eodem ex quibus facile colligitur quam fuerit utile Reipublice conservare curiam et augere, quamque damnosum ipsis curialibus ut nec minuissione tanto perterriti a muneribus publicis arcerentur, ut notat Brisonius 4° Selectarum antiquitatum, et alij quos reffert Pichardus dicto loco. Inter alia ergo privillegia que Curijs concedebantur illud precipuum fuit ut fillius naturalis curie datus legitimaretur, de quo loquitur supra dicta conclusio extendenda etiam ad fillias Decurionibus nubentes d. l. ... penult. et ult., necnon ut censet Pichardus d. loco ad spurios Curie oblatos. Qua propter Donellus ubi supra reijcit Glossam in fin. Inst. de nuptijs que tenuit huiusmodi legitimationem concedi etiam illis qui Principis Curie obsequio se addicebantur, quam approbat d. lex Partita illis verbis: a la corte del Emperador o del Rey. Unde fluxit opinio probabilis naturales scilicet legitimari per ingressum relligionis argumento desumpto a maiori ratione, Gregorius in d. l. Partita, Glo. 2. ad fin. Cobb. d. § 7 n° 4, Rodericus Suare allegatione 21, sed in dubio Jurisconsultus dicta Glo. ratione, quia solum id privillegium Curie civitatis dabatur ubi necessitas tollum exigebat quod non est extendendum precipue deficiente ratione + in omnibus causis 88. D. de reg. Juris l. quod dictum 4-2. D. de Pactis.

+ In omnibus precipue tamen in Jure equitas spectanda est.

Effectus huius legitimationis erat Patria potestas d. § fin. Inst. de Nuptijs et Jura suitatis § sui vero. quoque connumerari Inst. de here. que ab intestato, forma ut et patris vollunta adhiberetur, ne invitum successorem acciperet, Costa 2 partis § et quid si tantum n° 141, per textum in Auth. quibus modis naturales effi. sui § si quis igitur collat. 2. qua propter, solum patri successores erant, aut ex ascendentibus et cognatis eius illis tantummodo qui legitimationi consensissent dicto Auth. § fillium 4. et si post mortem patris se se fillius Curijs offerebat, tunc admittebatur, quando non erant alij legitimi, Cobb. ubi supra.

supra = secundo requiritur ipsius fillij consensus, ne oneribus curiae paternae que potestatis inuitus adstringatur, sed tamen velle iudicabatur aliquando ex presumptione l. 3, versic. quod de subeunda C. de naturallibus lib. = Vltimo necessarius erat ipsius curiae consensus, ut scillicet oblatus reciperetur, vel si scribatur in libro curiallium vel si statim aliquod munus curiallium subire compellatur d. Auth.^o § si quis igitur, sed ex quo munera publica maximi honoris et imperij ceperunt esse, a pluribusque desiderari cessantibus predictis curiae receptionibus illegitimorum usu contrario deffuit hic modus legitimandi, eiusque loco alius uiget in praxi ex Principis rescripto.

De legitimatis per rescriptum aut priuillegium.

Vlterius legitimantur liberi ex Principis rescripto, quod ita declaratur, nam cum illegitimitas non sit a iure naturalli sed a iure positiuo vel gentium introducta in odium libidinis parentum, sicuti seruitus contra libertatem naturallem, Auth. quibus modis natu. effi. sui cap. illud. collat. 7. rellic poterit a Principe tolli non alliter atque libertinus restituitur ingenuitati naturalli l. 2, D. de natallibus restituendis, hanc conclusionem probant iura in Auth.^a preterea C. de naturalibus liberis l. 17 tit. 6, lib. 3, Fori l. 4, tit. 1, partita 4, l. 12 Tauri l. 10 tit. 8, lib. 5 compillationis, Pichardus in § quibus connumerari n.º 2. Inst. de her. que ab intestato, Couar. 2 parte, cap. 8, § 8 in principio de sponsallibus, Tello Fernandez in l. 12 Tauri n.º 2, Costa 2 parte § et quid si tantum n.º 94.

Declaratur et extenditur 1.º conclussio haec ut fillius legitimatus, uere legitimus sit, ueniatque appellatione legitimorum in statutis, ceterisque dispositionibus, quam sententiam disputando tenet Tello Fernandez in l. 9, Tauri a n.º 15 et deinceps, sequitur Matienzius in l. 10, tit. 8, lib. 5 compillationis glo. 1, n.º 8, et 9, admittit Mollina de Primogenijs lib. 2, cap. 8, a n.º 31, licet in ...

lit-

similiter si colligatur sententia ex voluntate disponentis, quo fundamento
nititur alia sententia contraria qui tenent filium legitimatum
excludere feminam si statuto caveatur excludi a masculis
legitimis Cobb. d. cap. 3, § 3, n° 3. licet contra teneat Mollina
lib. 3, cap. 5 n° 95, de quo late Faquineus, sexto controversiarum
1°; = et precipuum fundamentum est doctrina Bartholi in l.
si is qui pro emptore D. de Vsucapionibus. et in l. Maritus
§ legis Julie D. de Adulterijs, dum ait in rebus iuris summam
potestatem legislatoris adeo ut fingendo disponat, nomen
quod legitimus a Jure inventum est, ff. ette. Cobb. late d. § 3, n° 3
et quinto =.

ex quo infertur illum esse proprie legitimationem in qua
fillius natallibus restituitur d. Auth. quibus modis naturales efficiuntur
sui § illud, quam obtinere potest fillius nalis qui natus est ex
parentibus inter quos matrimonium non prohibebatur, non
incestuosus aut spurius inter cuius parentes matrimonium
prohibebatur de Jure Canonico, ob id quod cum a Principe seculari
non possit tolli prohibitio. ideo tallis spurius non potest legitimari,
neque natallibus restitui, sed erit tantum dispensatus.
quod verum judico rellicta sententia aliorum qui tenent illum esse
legitimatum, qui legitimus sit plene quoad omnes effectus, quibus
utuntur legitimi ex matrimonio, illum vero dispensatum qui
limitatione quoad quedam tantum legitimatur; sicuti quidem
non potest quis naturaliter nasci, et naturaliter non nasci,
(hec tota linea superest, et ideo nihil ex his dico usque huc)
que distinctio quoad effectus pertinet. non est sufficiens, Vnde vera sen-
tentia est illum esse legitimatum qui natallibus restituitur, illum dis-
pensatum qui non restituitur. vel quia princeps hoc expressit. vel quia non
potest restituere. etiam si sub limitatione legitimatione concedat
adeo ut secundo legitimari non possit plene, nisi de primo pri-
uillegio fiat mentio, ut abrogetur, quia nemo bis nascitur; Tello fer-
nandez in l. 12, Tauri n° 42, que doctrina nario admitenda
ne alias sit impossibilis legitimatio, quam omnes DD.

ad=

+ [ec]siastico datur

admittatur, nam quae a Principe seculari conceditur, limitata semper intelligitur ad effectus seculares, non enim valet ad ecclesiasticos, et e contra quae ab ecclesiastico non valet ad seculares, de quo videndus est Cobb. dicto loco n.° 2, et 8, l. 4, tit. 15, p. 4, ubi Gregorius, facit text. in cap. lege distinctione 10, cap. [il]litia 63 distinct. cap. Per venerabilem, [v]ers. insuper, qui filii sint leg., ubi hic. Tract. ad valorem legitimationis Pontificiae de filiis Regis qui ritum patris conferit, neque alio subiectus sit, nec alio praeiudicium irrogetur; Mathienzius in d. l. 2, tit. 1, n. 3;

2.° deducitur ex hac doctrina, ut et Romanus Pontiffex, et Princeps secularis possint non sollum dispensare, verum etiam legitimare illos qui ex parentibus nati sunt, inter quos matrimonium non prohibebatur, quia nullum impedimentum erat, quod si vero esset filius spurius aut incestuosus, eum vellet legitimare secularis Princeps, quia cum non possit derogare legem canonicam prohibentem matrimonium, non poterit restituere natalibus, inde talle privillegium dispensatio erit, non legitimatio, nam legitimare actus est jurisdictionis, immo ex regallibus est, Cobb. d. § 3 n.° 14, Tello fernandez n.° 29, et 34, neque obstat quod aliquando in causa ardua possit Pontiffex legitimare quo ad secullaria, d. cap. Per venerabillem, qui fillii sint legitimi, quia illo casu jurisdictionem habet. Hinc est non posse clericum legitimari a Principe secullari, quia persona est exempta, Tello fernandez ibidem n.° 41, et legitimatio tangit personam, sed erit dispensatus ut capax sit rerum temporallium, quod a Pontiffice non conceditur, vel potius versatur circa derogationem legis secullaris = Hinc est etiam laicum fillium clerici legitimari posse a secullari, quia persona subiecta est, licet deffectu potestatis non operitur successionem in bonis patris non subditi Cobb. d. cap. 8, § 8, n.° 19, Tello fernandez n.° 12, 31, et sequentibus, consulit tamen Cobb. ibidem ab utroque Principe privillegium impetrandum ut semper valeat. Sed licet legitimare sit actus jurisdictionis, tamen non est contentiosae sed voluntariae, unde poterit exerceri extra territorium, circa subditum sibi et illius bona

etiam

otias sita extra territorium, dummodo alio non fiat preiuditium; tenet Cobb. nº 14, et 19, facit tex. in l. 1. C. de Emancipationibus l. 2. D. de officio proconsullis, de quo uidendus est ad plures alias quæstiones Barthollus in l. Cunctos popullos C. de sacro. Ecclesia. q. 1. et fin.

Deducitur legitimationem fauorabillem esse et late interpretandam; dispensationem vero stricte et odiosse accipiendam; Cobb. d. § 8, nº 5 et 6. Matiensius d. Glossa 1. nº 7, Tello fernandez d. l. 12. Tauri nº 25. quod illa ratione procedit quod legitimatus naturallibus restituitur, ideo debet uriuari illa iura quæ legitimo ex matrimonio competit. At vero dispensatus qui non restituitur nihil aliud habet quam quod expresse sibi conceditur in dispensatione, immo et quod plus est si duplici causa prohibeatur v. gratia, quia incestuosus esset adulterinus, atque tantum unius impedimenti mentio sit in narratiua non censetur dispensatus in alio de quo mentio non fuit, et adhuc erit inhabillis, de quo loquitur late Cobb. d. cap. 8. § 9, per totum. Legitimatus vero qui restituitur habetur ita ac si de legitimo matrimonio esset sollutus, exceptis illis rebus de quibus expresse limitatur. Primo sub potestate patris constituitur arg. tex in § sui Inst. de hered. qualitate in verbis quibus connumerari. Cobb. d. § 8, nº 1, Gutierres d. § sui nº 4. Ex legitimatione rumpit patris testamentum antea factum in quo preteritus est, quasi natiuitate posthumi, iuxta legem Posthumi D. de iniusto. rupto. Gallo in rubrica D. de liberis et posthu. nº 2, Gutierres ibi nº 173, Osualdus Hiligerus ad Donellum lib. 6. cap. 26, litera i, suus heres erit d. § verbis quibus connumerari l. 17, tit. 8. lib. 5. Fori, l. 4 tit. 15, p. 4 l. 12 Tauri l. 10 tit. 8, lib. 5, compillationis. Tello fernandez in d. l. 12, nº 2. illis debetur legitima Cobb. d. § 8, nº 2, habet omnia remedia rum pendi et dicendi nullum, quæ habent legitimi ex matrimonio Antonius Gomes in l. 9, Tauri nº 66. Gutierres ibi nº 177, Pichardus in § 5 inst. de hered. quæ ab intestato nº 1 ad finem, pupillariter illis substituitur transmittunt quam hereditatem ex potentia suitatis, Gutierres nº 166, et 174, per quos et alios relatos hæc examin. in lo. sunt. limitatur vero legitimatorum successio primo de iure communi, ut non aliorum quam patri et eo pater ipsis succedant

l. communium 9. C. de natura. lib. Authª quibus modis natura.
effi. sui. cap. filium vero, collatione 7. tit. 2. de Jure communi controversum erat an ei patri succederent simul cum legitimis ex matrimonio sive habitis ante sive post legitimatis precipue si illius mentio facta non sit in narrativa. et opinio negativa fundatur quia non debet Princeps judicari inhumanus ita ut velit minuere successionem legitimorum ex matrimonio, Angelus in l. Nec ei § praetoria D. de Adoptionibus, et doctores in versiculo quae numerari dicunt excipiendum esse hunc casum nec benignitati Principis respondeatur: contraria vero sententia affirmativa fundatur quia restitutus et legitimatus, et hoc expresse non prohibetur, immo conceditur illi ex generallitate textus in d. versiculo quae numerari. de quo videndi sunt Antonius Gomez in d. l. 9, nº 69, Matienzius. d. l. 10 Glo. 2. Pichardus d. § 1. nº 10. et sequentibus, et versiculo quae numerari nº 4, Mollina de primogenijs lib. 2, cap. 11, nº 20. quod diam de jure Regio decisum fuit, ut limitetur legitimatio ne cum legitimis ex matrimonio ne de ex illis descendentibus succedat l. 12 Tauri, ubi Tello fernandez in fine advertit solum procedere quando tempore mortis patris vixerint legitimi ex matrimonio alias non procedit limitatio haec, et si adfuerint et decesserint = In qua etiam lege derogatur limitatio dictis legis communium 9. C. de naturalibus lib. ibi: Pero en suceder a los demas parientes, no diffieran de los legitimos de matrimonio, Tello fernandez ibi nº 12, et 4. Rursus de Jure communi controversum erat an dictus legitimatus acquireret nobillitatem patris, vulgo, la hidalguia, quam precipuam patris hereditatem dixit Ciçero offitiorum 1, quem cum alijs reffert Matienzius in principio lib. 5. Compillationis Glo. 1. rubricae nº 1. et Bartho. in l. 1. collumna fin. D. ad municipallem tenet gaudere legitimatum nobillitate patris, quae sententia comprobatur de jure antiquo Regni in l. 4. tit. 15, p. 4, immo et quod plus est in l. 12 Tauri quae est lex 10 tit. 8, lib. 5, Compilationis ibi: Pero en las demas honrras mandamos que no diffieran de los legitimos de matrimonio. ex quo ita tenuit Covarr. d. cap. 8 § 10

nº

nº 4, Acebedo in d. l. 20, nº 4: sed contraria sententia de iure communi fuit Baldi in cap. per tuas de Maiori et obed. quae praxi observatur ex novissima lege Regni, Rocetes in l. 20 tit. 12, lib. 5 Compilat. mandamos que no se entienda a que aian de negar de hidalguia, l. 12, tit. 2 lib. 6 compilat. Porque nuestra merced i voluntad nunca fue ni es que tales legitimaciones se entiendan que por ellas se excussen de qualesquier pechos, o servicios a que eran obligados antes, Joannes Gutierres quaestionum practicarum lib. 4, q. 2 ad finem, Azevedo in d. l. 10 tit. 3 lib. 5, Glos. 4. de quo videndi sunt Gutierres in d. § sui nº 187, Gregorius Lopez in d. l. partitae, Glos. ad finem, Otalora de Nobilitate lib. 2, parte 3, cap. 3, versic. de legitimatis derogans quod leges antiquiores Regni, ut finallis quaestio tullisse, o de pecha dicam, non fit nobilis ex legitimatione non consequitur nobilitatem: sed hoc totum ut saepius dixi pertinet ad voluntatem Principis qui vult ita limitare legitimationes. Unde si fiat mentio nobilitatis patris potest Princeps concedere legitimationem, ut fit nobilis, ut advertit Gutierres dicta praxi. ita similiter si fiat mentio legitimorum ex matrimonio poterit Princeps derogando predicta lege 12 Tauri legitimare naturales ut succedat simul cum illis, Pichardus Instit. de her. quae ab intestato § 5, nº 10, Tello Fernandez in d. l. 12 Tauri nº 2, licet neget Rodericus Suarez et alij quos refert Gutierres d. § sui nº 187 de quo videndus est Mollina de hispanorum primog. lib. 2, cap. 3, nº 4, et sequentibus. Et an quando ita legitimatus possit meliorari in 3º inter alios legitimos ex matrimonio vide contrarias sententias inter Pichardum d. § 5, nº 10, et Gomezium in l. 9, Tauri, nº 68, versic. Et ego, Gutierres d. § sui nº 183.

Sed contra hanc resolutionem sic argumentor: Ad legitimationem requiritur ipsius legitimati consensus, sicuti ad adoptionem requiritur consensus filij, ergo non procedit ex Principis privilegio legitimatio sicuti nec adoptio. Antecedens probatur ex Aut. § quibus modis natu. effi. sui, cap. generaliter autem Collatione 7ª,

com=

communis q resolutio est ex pluribus quos reffert Costa 2 p. te § et quid si tantum nº 106. Tello fernandez in d. l. 12 Tauri nº 9 non obstante contraria sententia Angelli Perusini et aliorum quos reffert Costa posse, scilicet, aliquando patrem inuito filio legitimationem impetrare, argº. txs in l. 1. C. de ingratis liberis, ubi emancipatus ingratus in potestatem iterum redigitur inuitus etiam, q disparitas aperta est ut liberalitas patris emancipantis propter ingratitudinem reuocetur, At uero dictus § generaliter absolute loquitur, et circa obtinendam nouam legitimationem et potestatem) requiritur Ergo consensus ipsius legitimati, uel saltim rati habitio, qd ita declaratur, ut sola taciturnitas post scientiam non sufficiat, sed si taciturnitati aliquid superaddatur, ex quo ratum habere iudicetur filius, verbigratia, transcurssus decenni, uel si dicat legitimum esse, aut pro legitimo se gerat, argº. txs in l. pro herede 20, § Pappinianus. D. de acqur. hereditate, et sic interpretatur txs cum Glossa in l. in adoptionibus. 5. D. de adoptionibus, ubi preter scientiam et taciturnitatem requiritur presentia, facit txs in § sed et si pater Inst. qq modis jus pa. potesta. docet Bartolus in l. quo enim § 1. nº 1. D. rem ratam haberi et ita componit Costa contrarias sententias Doctorum ibidem nº 117 quas late reffert Tello fernandez d. l. 12, nº 22, et sequentibus: quod adeo procedit ut si lessus inueniatur filius minor 25 annis post ratihabitionem, nihilominus non restituetur ob paternam reuerentiam l. fin. C. qui et aduersus quos, facit txs in l. Parentes 6. D. de in jus uocando, etiam si cum extraneus esset restitueretur l. denique, 3, § siquis minor D. de Minoribus, qd aduersus Riuam tenet Costa d. loco nº 126. subuenietur igitur minori alio capite uel actione in factum ex l. si superstiti C. de Dolo. uel ex l. 1. § siquis oneran de D. quarum rerum. actio non detur, ubi quae onerande libertatis causa promissa sunt a liberto, non debentur = Respondetur Principem absolute posse nullis conditionibus legitimationem dare, sed ex benignitate sua non utitur hac potestate absoluta, requirit q in legiti-

ma-

matione consensum legitimati et alia de quibus in d. Auth.º quibus modis nat. effi. sui § sit igitur Collat. 7, ubi glo. et Costa dicto loco nº 96.

Ultimo eodem modo sic argumentor. Ad legitimationem necessarius est consensus patris cuius legitimus heres sit legitimatus, immo eorum omnium a quibus aufferetur talis hereditas, ergo potius dicenda est liberalitas patris et relliquorum, quam privilegium Principis. Antecedens quoad primam partem probatur, quia nemini invito dari debet necessarius heres, tenet Costa in d. 2. parte § nº 16, sufficit tamen tacita voluntas patris, quae per coniecturas colligatur, per instrumentum inter vivos, per testamentum in quo voluit legitimandum legitimum heredem fore, d. Auth.º quibus modis nat. effi. sui § si vero his Collat. 7, Auth.ª si sine. C. de naturalibus liberis, vel si hac conditione instituat illum, si legitimus sit, vel tandem si quum legitimatum recte iudicabat, instituat heredem ea causa, tunc si legitimatio nulla sit, poterit iterum impetrari. aliorum vero agnatorum consensus non requiritur, quia licet fiat aliquando eorum heres ab intestato, tamen non est heres necessarius et suus, semper que manet libera voluntas agnatorum instituendi quos velit, Tello fernandez in d. l. 12. Tauri nº 7, Gregorius lopez in l. 7, tit.º 1, partita 4, Glossa 10. quo ad secundam partem probatur antecedens ex iis quae dixi in legitimatione in radice matrimonij ultimo argumento. non enim Princeps iniuriam irrogat aut tollit Ius alterius, facit textus in l. Nec ei 19 § praeterea D. de Adoptionibus ibi: praeterea videndum est an non debeat permitti ei qui vel unum habuit, vel plures liberos, adoptare alium; ne aut illorum quos Iustis nuptiis procreauit diminuatur spes quam unusquisque liberorum obsequio parat sibi. ideo citandos eos probat textus in l. nam et ita Divus 39 D. de Adoptionibus, Costa 2 parte § nº 2 32, alias subreptitium iudicatur Rescriptum, argumento textus in cap. postulasti de Rescriptis ibi: non tam de eius consensu silens, quod etiam de Patre antea legitimato, similiter tenet Tello fer-

nandez

nandez d. l. 12 Tauri nº 3 = Ry. duo in his legitimationibus precipue notari: primum quod pertinet ad personam legitimati, ut V, q. quod sit capax, aliud quod pertinet etiam ad personas aliorum, ut sit heres, Bartholus in l. is potest nº 8. D. de acq. hereditate, Costa ibidem nº 13, facit text. cum glossa in l. cum adoptiuis § sed ne articulum C. de adoptionibus uerbo tantummodo ubi legitimatus equiparatur adoptiuo, sed adoptiuus ex illa lege non succedit retinet tamen cognationem legalem, et cetera, Doctores per textum in cap. i. de cognatione legali. ergo illa distincta sunt. Circa primum optime aduertit Tello Fernandez in d. l. 12 Tauri nº 10, posse concedi legitimationem etiam inuito patre, ceteris q. Circa secundum nempe successionis licet possit Princeps sola uoluntate concedere legitimationes ad succedendum etiam, ut ibidem latius dixi, et in terminis tenet Costa d. 2ª parte § et quid si tantum nº 152, tamen ne uideatur in Sumanus nonuult concedere priuilegium in damnum tertij co. irrequisito. quapropter et si de Jure communi controuersum sit an in narratiua debeat fieri mentio legitimorum ex matrimonio ut supra retulli illationem 3ª, tamen post legem 12 Tauri, uidetur non necessaria quae numquam illorum hereditas diminuitur, de quo loquuntur iura in argumento relata. De ascendentibus uero idem responderi debet, nam licet de Jure Regio habeant legitimam l. 6, tauri, tamen cum possit filius, illis impune preteritis nallem suum filium instituere l. 10 et 12 Tauri, l. 10, tº 8, lib. 5 compilationis, etiam poterit absque illorum consensu et citatione filium naturalem legitimare, heredemque suum facere, probatur ex ijs que etiam de iure communi dixit Salatiensius a. l. 10, glossa 2ª, Costa loco relato nº 136 = quod si legitimatio impetratur post mortem patris de cuius uoluntate constet, eiusdem erit effectus circa bona de quibus pater disponere poterat, non de fideicomissis nec de Maioratibus, tenent Doctores cum Bartholo in d. § et quid si tantum, Cobb. 3º Resolutionum Cap. 6, nº 7, probatur ex textu in § naturales, l.

de

de feudo deffuncti controuersia de successibus feudorum. si ei nulla proponatur uoluntas patris, non auffertur hereditas ab heredibus intestati, quia non uult Princeps priuilegium concedere in damnum tertij, idcirco tantum ualebit quo ad ea que pertinent ad legitimati personam, facit quia neque reuocat donationem ex l. si umquam. C. de Donationibus Gutierres in d. § sui nº 180, et 181. Gregorius lopez in l. 8, titulo 4, partita 4, sed tamen si ex certa scientia hoc uelit Princeps concedere, poterit ut omnes Doctores fatentur in d. l. 1, si de feudo deffuncti, et circa hereditatem intestati late disputat Costa in fine secunde partis § et quid si tantum notans ad maiorem facilitatem huius concessionis differentiam hereditatis delate, adite, uel possesse, Mantica lib. 10 Coniecturarum titulo 7, nº 7.

De legitimatione per nominationem patris.

Vltimo legitimantur liberi si pater ipsorum suos nominet, nempe dicat naturales, uel legitimos nominet dummodo hoc fiat in instrumento solemni siue publica scriptura uel apud acta, aut tandem scriptura priuata testibus tribus conscripta, Aut. §. si quis liberos. C. de naturalibus liberis, Aut. §. ut liceat matri et auie cap. adhoc 2 collat. 8, facit textus in cap. per tuas de Probationibus, cum plurimis Cobb. in 4 parte, cap. 8, nº 8, Antonius faber in Iurisprudentie 9, principio illat. 1 que conclussio declaratur ut talis paterna nominatio non quidem legitimationem concedat (quod solius Principis munus est) sed tantum probet filiationem, ut manifeste constat ex dicto cap. adhoc ubi etiam consentur legitimi ceteri fratres utrinque coniuncti, licet ipsi nominati non sint, et quod plus est, mater ipsorum uxor legitima habetur, et matrimonium interfuisse probatur ex quo bene

de-

deducitr exnunc temporis locum fore huic probationi q de matrimonium possibile sit, v. g. noncum mulliere inhonesta, vel alias prohibita. de qq iate per Cobb. dicto loco, optime consta 2 p. § n° 104 ....

Sed obijcitr tex difficilis in l. lucius Titius. 83. D. de condi. et demonstrationi. ubi gl. ibi et Doltores dicunt probationem filiationis impossibilem ee, Mascardus de Probationibus conclusione 787 n° 5. Antonius faber i. Iurisprudentie 5. principio 4. quo non inducitr probatio quo aliquis in tto ut filius institutr, sicenim impertinenter exigeretr in. d. l. lucius Titius et potius facta esset quam impossibilis= R. Comissa difficultate deualore tti in. d. l. lucius Titius, q dita procedit, quia filius debet instituti pure, aut saltim sub conditione potestatiua, qualis a maiori. ratione non indicatr conditio impossibilis, l. si filius fin. D. de cond. institu. l. filium 15, D. eodem, Menochius de Arbitrarijs lib. 2, casu 89, n° 7, et sequentibus) ideo non probatr filiatio in. d. l. lucius Titius, quia nec a patre nominatus fuit filius, sed longe diuerso nomine, v. g. ex illa mulliere natus quicum. Verum filius supponatr, et in ea iuri ... filium de quo queritur; iniustum facit testamentum in quo non est pure institutus= Et licet naturaliter impossibilis sit probatio filiationis, ut pote rei occulte que sensui tactiuo cadere non potest, tamen a iure admittuntr presumptiones quedam, quibus probatr filiatio, ut si in domo natus sit ex vxore legitima l. filium meum deffinimus 6, D. de ijs qui sunt sui l. Miles 11, § deffuncto D. ad legem Iuliam de Adulterijs, Cap. Transmisse infine; ubi Doltores, qui filij sint legitimi, adeo ut nec matri contrarium aserenti credendum sit, l. Imperatores 29, § Mulier de Probationibus.= Ita similiter ex dicta professione, seu confessione sollemni patris probatr filiatio, Imperatorum Rescripto de quo in. d° Aut 5° ut liceat matri et auie cap. 2. colat. 8. quod non est extendendum ad matrem proffitentem aliquem suum ee, quia de ea non loquitr rescriptum, ut aduertit Cobb. ubi sup. a Cis. lx qq = Et preterea cum tales probationes solum

ni=

nitantur in presumptionibus, semper est locus veritati, ex textu in dicta lege Imperator D. de Probationibus ibi: Respondi veritati locum superfore, l. Nec professio. C. de iuramentis fin. titulo 7, parte 6. Ex quo interpretatur textus in l. si pater tuus 4. C. de heredibus instituendis ubi quia apparuit filius subditititius non habetur pro filio etiamsi tamquam filius institutus sit in testamento. interpretatur etiam textus in l. Caius Seius 12 D. de iure patronatus. Ubi libertus qui ex matre natus supponitur cum qua matrimonium esse non potuit de iure Civili, non mutatur statutum, neque censetur filius et si institutus sit tamquam filius. eodem modo procedit textus in § fin. Inst. de Adoptionibus, et alia similia, l. 5, titulo 4, parte 4. ubi Gregorius lopez = sic etiam existimo difficillime practicari posse huiusmodi legitimationem quia cum enim ad matrimonium non sufficit quilibet consensus occultus, sed coram Parrocho et testibus adhiberi debet, difficile erit invenire casum in quo sola patris confessio matrimonium probet, quia semper notum est ecclesiae, sed tamen quando ex antiquitate vel alio modo de matrimonio dubitatur, velut admittuntur huiusmodi institutiones et professiones sollemnes ad probandas legitimationes. et ita practicatur.

2.° Contra eandem conclusionem obijcitur textus difficilis in l. nec professio. C. de testamentis l. non nudis l. non epistolis. C. de Probationibus, quibus constat filiationis probationem non induci ex professione parentum, sed tantum ex legitimo matrimonio = Respondeo. probatio de proprietate filiationis et ex matrimonio admittitur, et ex confessione solemni de qua in nostra conclusione, ut nario requiritur publici instrumenti fides, vel Attorum etc. at vero dicta lex non nudis, et similes loquuntur de professione facta in particulari instrumento, quod non probat filiationem in proprietate, sed tamen quia datur quasi possessio filiationis ex epistola vel alio instrumento particulari comprovato, provatur dicta quasi possessio l. Imperatores 29 D. de Probationibus l. 1. § ad quaestionem D. de quaestionibus l. 1. § Iulianus D. de liberis agnoscendis l. generaliter, C. de non numerata pecunia l. fin. titulo 7, parte 6, l. 8, et 9, titulo 14

p.ta 3. Dueñas regula 343; Vnde interpretatur dicta lex non nudis illis verbis, si ita q. hunc quem supplicas, alienum esse probare confidis, affirmationem eius falsam esse detege; sed in discernendo de hac et similibus presumptionibus arbitrium Judicis maxime versatur, pariter quod exceptionem rei iudicate, l. siue contra D. de agnoscendis liberis. Mascardus conclussione 787 Bartho. in d.a l. 1.a § per contrarium D. eodem, consulens Aduocatos in probatione filiationis duos articulos concipere, et de proprietate, et de quasi possessione, ne filius qui proprietatem non probat, omnino succumbat.

De suis heredibus respectu matris, eius ve lineę.

Primo notandum est feminas iure suitatis fungi, licet antiquo Jure varia fuerit obseruatio. De Jure Diuino antiquo excludebantur á mascullis eiusdem gradus etiam ętate minoribus. Vlteriori z uero gradus viros ipse excludebant, numerorum 27 et 36, Josue cap. 17; quod hodie obseruatur in Maioratibus cognationis, Molina de Primogenijs lib. 3, cap. 4 in principio. De Jure vero ciuili antiquo ex legibus 12 Tabularum sui heredes erant et agnatę simulque admitebantur cum suis et agnatis viriles sexus. l. lege 12 tabularum 14. C. de legitimis her. in principio et § 1.o § sui Inst. de heredum qualitate, § ita demum Inst. de her. que ab int. § hoc etiam 3. Inst. de legitima agnatorum succ. Gla. in l. Gallus § nunc de lege in fin. verbis D. de lib. et post hu. quod tamen in ipsarum personis finiebatur non protrahendum ad descendentes ex femina etiam uirilis sexus. Vnde femina dicitur finis familię l. pronuntiatio 195 in fine D. de verb. sig. Molina lib. 3, cap. 5, in principio referens Euripidem in hęc verba:

mullier egressa parentis ędibus,

non.

non amplius est parentum, sed coniugis;

Masculorum vero genus perpetuo manet in gradibus; sed hoc circa agnationem, in tempore coangustatum fuit interpretatione Iurisconsultorum, nam ex quo lata fuit lex Voconia prohibens mulieres ultra quadrantem institui, maiorem vel centum milium nummorum hereditatem adire, ut ita magis illarum in sollertia coerceretur, Cicero in Verrem 3, Balduinus de lege Voconia, Osualdus Hiligerus commentariis lib. 7, cap. 17, litera P, in nota, quam quidem derogatam a Divo Traiano refert Plinius in Panegyrico, Forcatullus lib. 3, cap. 12, n° 20 ipsi Iurisconsulti similiter circa intestantium hereditates feminis differendas introduxerunt limitationem quandam, cuius meminit Iustinianus in § ceterum Inst. de legi. agna. succes. quae ut declaretur, notandum est verbum Consanguineus in dicto § proprie significare fratres et sorores tantum, non alios agnatos, vel cognatos, aut sanguine coniunctos nam ius sanguinis cognationis naturalis est ut recte advertit Cuiacius observationum 11, cap. 26, probat textus in l. 2. ff. Unde cognati l. vel sanguine 12 ff. de manumissis vindicta. Consanguineus vero species est agnationis § vulgo quaesitos Inst. de success. cogn. scilicet inter fratres et sorores ut dixi ad suorum hereditatem iure agnationis et consanguinitatis vocabatur femina exclusa ab aliorum omnium agnatorum successione, licet si nulli alij essent agnati remotiores femina iterum admittebatur ad coniunctiorum hereditatem non ut agnata, sed ut cognata beneficio pretorio, d° § ceterum l. 1. § sed videndum et fere per totum ff. de successorio edicto, Mollina de primogenijs lib. 3, cap. 4 in principio. Ex quo etiam Osualdus Hiligerus commentariorum lib. 9, cap. 2 litera P, tenuit idem procedere circa hereditatem patris a qua dicit filiam exclusam, quia non est illius consanguinea. Sed non sequor huius Doctoris sententiam, quia Iustinianus tantum agit de successione ex capite

nationis, et subtilius Rubrica, q[uo]d in simili notat Bartholus in l. Imperatores D. de indiem adiectione, Eberardus in thopicis legalibus loco a Rubro ad nigrum. At filiis et Neptes suitates habent et per consequens agnationem in hereditate patris, et ascendentium, d. § ita demum Inst. de hereditatibus quae ab intestato defferuntur; ....

Et ultimo tempore derogata penitus Iure consultorum interpretatione feminarum successio ad instar virorum habetur, ut l. lege 12. tab. et d. § ceterum; sed ad praxim animadvertendum est q[uo]d licet de iure communi femina admitatur rationabile, nihilominus erit statutum per q[uo]d excludatur; de quo vidimus apud Gallos legem Salicam excludentem penitus feminas licet postea derogata fuit excepta Regni successione, Ubaldus Hilligerus in ment. lib. 9, cap. 1. litera, P, in nota, et ita passim similles vocationes fiunt et exclusiones in Maioratibus agnationis. ....

Haec sunt ita distituta in personis feminarum; q[uo]d vero pertinet ad descendentes ex illis sequentia notantur feminae heredes suos habere non possunt, q[ui]a filios non habent in potestate, neque de earum agnatione sunt, idcirco ipsarum hereditas legitima non differebatur ad filios; sed iure agnationis ad proximiores l. Nulla femina D. de suis et leg. her. l. illud 4., § ad testamenta 2. D. de Bonorum pos. 3 tab. § feminae Inst. de adoptionibus, § ceteri Inst. de her. quali. § Mater Inst. de exheredat. lib. Ulpianus tit. 26. § 7; quod si nulli essent agnati, neque remotissimi tunc beneficio praetorio admittebantur liberi ex capite unde Cognati, prout reffert Iustinianus in principio Inst. de senatusconsulto Tertil.

... tempore partim derogata hac iuris observatione statutum fuit ut liberi matrum suarum legitimi successores forent ab intestato exclussis aliis omnibus agnatis remotioribus, de quo latum fuit Senatusconsultum Orfitianum princip. Inst. de senatusconsulto Orfit. l. 1. D. de senatusconsulto

Ter

.C. quia dies legati cedat, tenet Bo. hic n.o 4o. Tasso. n.o 14. Cor nig. 16. idem dicit Ripa. n.o 20. Osual. lib. 8. cap. fin. litt.a B.

2o. queritur, que actio sit, et verior sent.a tenet Personalem. N.o 36 Actionem fuisse, ut colligitur ex l. filiusfamilias in fin. D. de Legatis. l. fin. C. de Usur. et fructibus. l. 1.a C. com.ia de leg. l. testatrix. fin. D. si servus vindicatur, ubi quando realis actio seditur legatarijs, datur fideicomissarijs personalis. Tenent Ripa hic. n.o 31. Alex 13. Conn. 12 qui legem Herennius. 4 23. D. de Usuris interpretatur de fideicomisso iam restituto, et sic non obstant, ne dostat lex ex imperfecto. 23. D. de legatis. 3. §. Vindicare. in fundamento mititur omnia sunt.a Romani h. n.o 19. Aretini. 17. col. 7. Non inquam obstat quod verbum illud vindicare quatenus refertur ad legatum, proprie accipiendum e de Actione reali, et quatenus refertur ad fideicomissum, improprie accipiendum e de quacumque petitione et sit de Act. personali, ut in simili notat gl.a in l. si peculium, §. 1o. verbo Vindicatio, D. de peculio legato. l. per diversas, verbo Jura. C. Mandati ....

Sed 3.a 13. resolutum obijcitur tex. difficilis in l. Pecuniae verbum. 178. D. de Verb. signif. §. persecutionis verbo extraordinarias persecutiones puto contineri, ut puta fideicomissa, et si quae aliae sunt, que non habent juris ordinarij executionem. Quod pro fideicomissis non competebat actio, sed officium Judicis extraordinarium. Ad P.

Judicium. Antiquis temporibus Pretoris munus fuisse jus dicere, hoc est, proponere judicium, ad id sedere, et Judicium dare. l. 2. D. quod quisque. l. si finita. 15. § eleganter. 28. D. de damno infecto. l. Imperium, D. de Jurisdictione. l. 1. et. 2. C. de Formulis sublatis, non tamen Judicabat Pretor ante l. 2.am C. de Pedaneis Judicibus. Sed Judices a Pretore dati judicabant juxta formam ipsis prescriptam. Unde jus dicere, et Judicare diversum jus erat, ut colligitur ex l. Voluit. 4 D. de Interrog. actio. l. quidem. 17. §. Pro jure. D. de Re Judicata explicant Corraus 3o. Miscell. cap. 18. Alciatus lib. 2o. Parerg. cap. 5o. Rebardus lib. 1o. de privilegijs, cap. 4o. ex quo infertur illam fuisse cognitionem extraordinariam, in qua Pretor Judicabat. l. 1.a

§

& medium in toto D. de extraordinarijs cognit. Hotomanus de Verbis Juris, vbo, extraordinaria Juditia, et fidecomissorum tanto fuit favor ut crearetur Praetor fideicomissarius, qui de illis judicaret, prid. Inst. de fideicomiss. libertatib. Vlpianus in fragm. tit. 25. vbo, fideicomissa, et probatur l. Titia 25. D. de auro et argento leg. ubi de Stilicho verbis precativis quo fideicomissum extat, et a. § 2. fin. Inst. de singulis rebus per fideicom. rellic. Praetor judicauit, et Divi l. ... in d. l. Pecunie verbum, extraordinariam persecutionem dici fideicomissarium, quia Praetor de illis judicabat, atque verbo Persecutionis Actionem comprehendi colligitur ex l. Actio in personam. 28. l. Nihil aliud. 51. D. de obligat. et Actionibus. Princ. Inst. de Actionibus.

§

N.o 18. Pro legatis omnibus et fideicomissis competit Actio personalis. Heres n. aditione quasi contraxit, et in persona obligatur, § Heres, Inst. de obligat. quae quasi ex contractu. pus Actio dicitur et actio ex testamento in l. Servo legato, § fin. l. Non quocumque. 32. Donellus comment. lib. 8. cap. 36. et quia haec actio accedebat etiam antiquitus manifeste patet, nihil nouum circa illam statuisse Justinianum.

N.o 19. Sed obijcitur textus in l. quintus Mutius, 7. § Pomponius D. de Annuis legatis, l. Hereditas. 50. D. de Hereditatis petitione. l. Nequia. 44. D. de manumissis testamento ubi si grauentur heredes facere monumentum, non datur actio contra illos, sed tamen officium Judicis, quo aliqua sit legata, pro quo non competit actio aliqua. Respondetur grauamina hoc et similia, quae tamen respiciunt propriam autoritatem testatoris, non efficere legatum proprie, argumento l. Filius familias, § Divi D. de leg. 1o. sed tamen officio Judicis illa produci ad executionem, vt omnino impleatur voluntas testatoris, Paulus Castr. h. n.o 19. Fasso. n.o 10. quod si aliqua persona inueniatur, cui sit utile praeceptum illud legati, modo dabitur actio contra heredem. Ita si plures heredes sint. l. Quod si pater. 6. D. de Religiosis et sumptibus fun. l. His consequenter. 18. § 1o. vers. sed eius monumentum. D. familiae Herciscundae. d. l. Quintus

Mutius

Mutius, in fine. Vel si jubeatur capellam fundari in aliqua ecclesia, vel in utilitatem aliquorum, quo modo intelligendus est textus in l. 1. ibi, precipue pro legatis propriis C. communia de legatis. l. predia 19. D. de Usufructu leg. l. Titius 90. § a te peto D. de leg. 2°. quibus nituntur contra tenentes derogari dictam l. Quintus Mutius. Alciatus hic n° 22. Ripa 42. ,,,,,,,,,,

2° obijcitur textus in l. si cui 92. D. de condition. et demonst. ubi Pater grauatur emancipare filium, et non tenetur aliqua actione sed officio Judicis; glossa verbo ex extraordinem. Ripa hic n° 46. Jasso n° 106. Imola 2°. Alex. 28. atque alios casus, quibus pro legatis non competit actio, sed officium Judicis, refferet Jasso hic n° 152. et differentiam actionis ab officio Judicis in effectu declarat Jasso in l. 1ª D. de Jurisdictione omnium. Cravetta hic, n° 201.

Respondeo non posse successores grauari omnino, sed cum respectu ad illud quod illis relictum est, unde si relinquatur res inestimabilis, non admittitur grauamen estimabile, l. Pater 94. D. de leg. 1. si vero relinquatur res estimabilis, grauamen admittitur etiam rei inestimabilis, ita tamen ut commensuretur cum relicto, quam commensurationem Judex facere tenetur, argumento l. 18. D. de Jure deliber. et hec est ratio dictae l. si cui, ubi grauamen erat amittendi Patriam potestatem, que inestimabilis est l. filius familias 114, § sed si liberto 3. D. de lega. 1° explicat Alciatus hic n° 22. Nec obstat lex Mulier 21. § non est dubitandum D. ad Trebell. pro grauamine manumittendi seruum competit actio, D.D. in l. ingrati 19. D. de consignando, quod reliquit cogitandum crotus hic, n° 25. Nam Respondeo inestimabilem quidem esse libertatem ipsi manumisso l. libertas 107. D. de Regul. Juris. sed dominicam potestatem, quam dominus dimittit manumittendo, estimabilem esse. et hec est differentia inter manumissionem et emancipationem. ,,,,,,,,,,,

Differentia inter manumissionem et emancipationem.

De Actione Reali.

N° 21.

Actionem realem competere legatarijs probatur in l. si peculium 6. in principio D. de peculio legato, l. si tibi homo. 86. § si tibi D. de leg.

leg. 1º. l. 1ª. §. si decem. 17. D. ut legatorum seu fideicom. nomine, ubi 2ª heredem vel alium possessorem conditur rei vindicatio, quae inter alias actiones reales 13. 2. obtinet, et per antonomasiam dicitur actio in rem. Donell. lib. 20. comment. cap. 1º. tenet Sac. resolut. lit. lib. 8º. cap. fin. Ant. Fab. coniectur. 8. cap. 19. 2ª Cujatiu. vertendum b. in. l. filius familias. 16. D. de leg. hoc autem proprium erat solius legati vindicationis, et Justinianus de novo concessit legatis omnibus, et fideicommissis.

22. Et quia haec actio sine dominio non datur. l. actionum. 25. D. de obligat. et action. videndum est quomodo legatarius efficiatur legati dominus, de quo loquitur textus in l. legatum. 80. D. de leg. 2º. ubi si legatarius agnoverit legatum, retro iudicatur fuisse dominus, si vero repudiaverit, retro iudicatur in dominio heredis fuisse legatum, ...filii. 44. § 1º. l. si tibi homo. 86. § cum servus. D. de leg. 1º. et sic de si...; in l. legatum. 7. D. de leg. 1º. item l. Titia. 34. § 1º. D. de leg. 2º. Cujat. lib. 3º. observat. cap. 11. Osuald. ad Donel. lib. 8. cap. 2º. in fine. Hinc quaeritur, ad quod tempus fiat haec retrotractio, ad hoc ut iudicetur legatarius fuisse dominus a testatoris morte, an vero a die aditae hereditatis, et plures sententiae. 1ª tenet a morte testatoris, ex. l. a Titio. 66. D. de furtis. 2ª quia mortuo legatario ante aditam hereditatem transmittitur legatum. l. fin. C. quando dies legi. l. Una. § cum igitur. C. de caducis toll. 3ª quia res legata iudicatur numquam fuisse heredis, d. l. legatum. 80. cessante in hac fictione legis heredes quandoque. 54. D. de acquir. her. et alius ... non potuit illo tempore inter mortem testatoris, et aditionem hereditatis, quam legatarius illo tempore dominus fuit. Comprobatur ex. l. 34. tit. 9. p. 6. Y aun decimos, que luego que el testador es muerto, passa el Señorio de la cosa mandada a aquel en quien es fecha la manda. cui sententiae non obstat fundamentum contrariae ex. l. et eleganter. § si servum. D. de Dolo, ubi actio legis Aquiliae, quae domini est, non acquiritur legatario, sed heredi; nam ideo non acquiritur, quia legatarius agnovit legatum, quando iam servus decesserat, et consequenter defecit tunc restitutionis, quod

2 An legatarius sit dominus rei legatae a morte testatoris, an vero a die aditae Hereditatis.

idemque

idem, si post aditam hereditatem seruus legatus occisus sit. l. liber homo. 13. § si seruus. D. ad legem Aquil. Nec obstat lex Huic scripturae. 13. D. eodem, vbi non occiso seruo, sed vulnerato ante aditam hereditatem idem responsum est. Nam Resp. illud procedere ex alio capite, quia post mortem testatoris ante aditionem hereditatis pro illo medio tempore fingitur a iure persona quaedam, quae appellatur hereditas iacens, illa quae loco defuncti sustinet bona et per seruos acquirit, sicut si testator viueret. l. non minus. 32. § fin. D. de heredibus instit. Nec conueniens erat pro singulis dispositionibus diuersas fictiones admittere plurium personarum, seu hereditatum, quae fictio destruitur aditione, et retro fingitur heres fuisse dominus a morte testatoris. l. heres quandoque. 54. D. de Acqui. her. quo prouenit, vt acquisitiones seruorum, quae in hereditate iacente erant, ad heredem pertineant, solum non legata res transferuntur in legatarium ex fictione dicta l. A Titio. caetera vero heredibus acquiruntur qui succedunt in locum hereditatis iacentis. sed an teneantur heredes tradere legatario acquisitiones ex re legata, controuersum est, de quo vide Antonium Gomez. 1. Variar. 20. n. 22. Couar. 1. Variar. cap. 15. n. 14. et an fructus rei legatae debeantur a testatore, vel a morte testatoris, vide relatos ab Osualdo lib. 8. cap. fin. Fachineum. 12. controuers. cap. 63. Zaballos et Ant. Gomez proxime citandos. itaque dominium rei legatae transire in legatarium a morte testatoris tenent plures relati a Couarr. in cap. Raynaldus. de testis. § 1. in princ. n. 1. Ant. Fab. in rationalibus ad l. 3 ... ter § si seruus. D. de Dolo. Fachineus. 12. controuers. cap. 63. Zauallos. q. 69. et alii, quos refert Osualdus lib. 8. cap. 18. lit. B. ... Secunda sententia tenet ab aditione hereditatis transire dominium in legatarium. 1. quia sine aditione hereditatis non valebant legata. l. si nemo. 9. D. de testamentaria tutela, et licet transmittantur vt in 2. fundamento praecedentis sententiae, non ideo infertur dominium fuisse legatarium, sed creditorem sub quadam conditione naria, quae non impedit transmissionem. l. 3. D. hoc titulo. 2. probatur ex l. si tibi homo, § cum seruus, D. de dolo. l. huic scripturae. 15. D. ad l. Aquil. tenet cum aliis Bologn.

§ item si seruus.

nº. 28. Corrass. in l. si is qui pro emptore. D. de Usucap. nº. 121. Cujatius in d. l. si servum 2. 3ª sententia tenet dominium rei legatae triplicater transire in legatarium, 1º filiè a morte testatoris, quo modo admittit 3 opiniones, quo provenit ut ante aditam hereditatem possit uti rei vendicatione glossa in l. 1ª. verbo, omnibus. C. comia de leg. lancelottus et Decius hic; 2º modo ab aditione hereditatis veré transit dominium, sed revocabiliter; 3º modo ab agnitione legati transit irrevocabiliter: explicat glossa in l. is qui. 23. D. de adstione instituendi. tenet cum plurimis Cottarr in cap. Raynuntius de testis. § 1º. nº. 1. glossa in d. l. si tibi homo, § cum servum. D. hoc titulo. communem dicit Cornejo in l. fin. C. de Usuris. nº. 5º. et precipuè de jure Regio quo hereditate non adita valent legata. l. 1. titulo 4. lib. 5º. Comp. tenent Spino de testamentis glossa principali. nº. 8. Joannes Gutierrez in l. nemo potest D. de leg. 1º. nº. 113. Tellus Fernandez in l. 3. Tauri, nº. 38. et Burgos de Paz. nº. 238. ......

nº. 23. Sed quamvis dixi rei vendicationem dedi omnibus legatariis: sic argumentor, plures sunt casus in quibus non datur rei vendicatio, v.g. si quantitas legetur, non potest transire dominium, quia heres potest dare hac vel illam quantitatem, et si dominium transiret unius quantitatis, et alia solueretur, divisorium esset, pro facit lex Possideri. § incertum D. de acquir. possess. et ideo omnis Doctorum placitus fatetur, quod legatario quantitatis non dari rei vendicationem, tamen eadem ratione, si quantitas veniat certificata ex aliquo corpore demonstrato, ita ut Heres variare nequeat, dominium transit, et rei vendicatio dabitur. l. 1ª. § decem. D. ut legatorum seu fideicom. l. Talis scriptura. 30. l. plane. 34. § eadem ratio. Uris. sed hoc casu. l. si servus legatus. 111. § quivimnia. D. hoc titulo 2º. in legato generis et alternativo electio heredis est, sed pro l. ipius. ut dixi sup. nº. 12. et tunc ex eadem ratione non transfertur dominium, nec vendicatio datur. l. Huiusmodi. 84. § Stichum. D. hoc titulo. Mingo obstat quod in legato alternativo, cuius electio est legatarii, rei vendicatio datur. l. Plane. 84. § Si ita Titio. l. si servus legato. § fin. D. hoc titulo quia quando legatarius petit, eligit, et ad rei vendicationem sufficit dominium

habere ipsa litis contestat. cap. Abb. in fi. , ubi gla. voce, testam. de Re Judicata in 6. notat Cuvallus lib. 22. cap. 2. lit. A. 3º quotiescumque legatur res aliena, non transfertur dominium, nec datur rei vendicatio, arg. l. Non dubium. 14. D. de leg. 3. Bartolus contextus receptus hic. nº 12. Dissº stat legatur res aliena. Unde interpretatur textus in l. Servus filij. 44. § fin. D. de leg. 1º ubi testator habebat duos fundos, et unum legauit, atque alterius usumfructum alij legauit, cum autem usufructus necessario praerequireret aditum per alium fundum, et sic aditus inducitur etiam legatus. l. 1. § 1º D. si usus fructus petatur. l. Damnas, § 1º D. de usufr. leg. dicitur legatarium ab herede petiturum aditum; et ratio est, quia fundus in quo praestandus est aditus, iam est alienus, scilicet legatarij. unde si fundus ille fuisset legatus, aditus revendicari possit, quamuis in consequentiam relinqueretur, ut doctrina Bartoli et sequaces hic tenent, Alciatus h. nº 28. et cum alijs Mench. de success. creat. § 20. nº 119. ex l. et si fundus. 83. § qui fundum. D. de leg. 1º et ideo tunc non obligatur heres, sed legatarius, quia agitur de commoditate ipsius heredis, a quo sibi legari non potest. l. Legatum. 119. § 1º D. de leg. 1º et ita loquitur etiam textus in l. testatrix. 20. D. si servitus vindicetur, notat Fulgosius hic, nº 2.

Ex quibus et alijs relatis a Bartolo hic, nº 12. cuius doctrina exornatur ab Alciato, nº 24. Ripa. 46. manifeste patet non dari reivindicationem omnibus legatarijs, quare falsa est nostra resolutio. Respondeo ex supra dictis nº 12. hoc procedere ex voluntate testatoris, qui taliter legat aut talem rem, cuius dominium transferri non potest ante tradit., et constitutio noua potius fauet quam impedit voluntates testatoris.

Hypotecaria Actio conceditur omnibus legatarijs, et fideicommissarijs. l. 1ª C. Coia de legatis, § sed nostra. Inst. eodem. l. fin. in fine, C. de sacros. eccles. quapropter obligantur pignore res omnis hereditatis, quamuis peruenirint ad 3ºs possessores, vel si legatarius grauetur, et obligantur res omnes, que a testatore peruenerunt ad grauatum. § item seruiana, Inst. de Actionibus. quod nouum bene sit, et diversum ab antiquo Pretorio pignore, de quo in l. 1ª. l. Hec stipulatio. 14. § etiam praesenti. D. ut legatorum seu fideicom.

l.

heredis.

s. certa. 6. l. qui legati. s. C. ut in possess. legat. l. in possess. 6. § qui filio fam. 11. l. cum legatorum. 12. D. quib. ex causis in possess. eatur, quod dicitur pretorium pign. in l. 2. C. qui potiores. Donel. comment. lib. 8. cap. fin. Ant. Fab. lib. 1. coniectur. cap. 6. Matiacius lib. 4. Epitome legator. cap. 1.° aug. tm. securitatem habebant legatarii, non vero mittebantur in possess. ex 2.° decreto, quo dominium et possessio acquiritur. l. 1.a § creditor. D. quib. ex causis, Donel. lib. 15. cap. 46. ubi cum alijs osualdus et et liguegramus, an eis concederetur antiquitus actio civilis pignoratitia. Bartolus hic, n.° 23. dixit concedi legatario vindicationis, ex. l. creditorib. 4. Versic. legatario. D. de separat. Alciatus. n.° 29. Robertus 1.° sententiarum, cap. 34. sed Justinianus hoc clarius dixit in legatis et fideicomissis et contenet corneus hic, n.° 2.° Ripa. 24. Iacobus de nigris. 13. interpretantes dictam l. creditorib., de pignore pretorio. sed hec disputatio parum est utilis, sequere quam sententiam malis.

n.° 25. Ult. 3.a predicta, quatenus tres actiones explicatae competunt legatario, sic argumentor: In actione personali desideratur acquiri per traditionem dominium rei legatae, sed legatarius, ut dixi, iam est dominus, ergo non habet personalem actionem. arg.to § sic itaque discretis, Inst. de actionib. l. 2. § fin. D. usufructuarius quemadm. caveat. confirmatur ex. l. neque pignus. D. de Reg. Jur. l. si res. D. de pignor. act., ubi non potest habere aliquis pignus in re propria, ergo male dixi, legatario, qui dominus est, competere pignoratitiam. Resp. dupliciter acquiri dominia rerum, 1.° naturaliter vel de Jure gentium, traditione et apprehensione, 2.° civiliter per aliquam fictionem Juris, ut de legato dixi, quod civile dominium semper tendit ad acquirendam plenarie ipsam rem traditione et apprehensione, qua acquisita facit, ut eius dominium dicatur de Jure gentium. l. ex hoc Jure, ubi DD. D. de Just.a et iure, Aretinus in l. 3. col. fin. D. de test.is. Sozinus hic. n.° 15. sed ante traditionem dominium civile dicitur, Bartolus in. l. in rem actio. n.° 20. D. de Rei vindicat. Theophilus in § fin. Inst. de libertinis, ex quo interpretatur §.° Nostra. Inst. hoc t.° ubi dantur predictae tres actiones, quod licet legatarius uti possit rei vindicatione propter dominium civile,

po-

poterit etiam uti personali propter dominium juris gentium, quod illi deest, Iasso in l. certi condictio, in principio D. si certum petatur, n° 3. et in l. nemo rem suam D. de Verb. significatione 2° interpretatur dicta l. Neque pignus, aug debet admitti cum hac declaratione ut non loquatur de dominio ciuiliter, quia dominus potest habere pignus in re sua, quam non habet jure gentium, facit lex exstante, § latinus in fine D. de except. rei judicatae. l. debitor sub pignore, 18. D. ad Trebell. de quo vide Facchineum. 12. controversiarum 32. Alii dicunt personalem competere ad petendam possessionem, glossa in d. § Nostra, verbo, Hypotecariam, sequuntur hic Bartolus, Baldus, et Immola, Iacobus de nigr. n° 124. aliter soluit Alex. hic. n° 19. aliter Bartolus in l. 1. § 1° C. comm. de leg. Iasso hic, n° 4°. quos enucleare non vacat, consule. dicunt etiam non consistere pignus in re legata, sed in aliis rebus testatoris, dicta glossa, Ripa. hic. n° 65. Iasso 32. Negusantius 4° membro 2. partis, in titulo de Pignoribus n° 158. Donel. lib. 8. cap. fin. sed non bene adaptatur verbis dicti § sed nostra, et ideo verius videtur, ut dixi, etiam pignus habere in ipsa re legata.

Denique ex predicta resolutione infertur, his omnibus actionibus uti non posse legatarium, sed tantum alterutra pro libito. l. cum filius 76. § variis. D. de leg. 2° l. Huiusmodi, 86. § fin. D. de leg. 1° quod receptum testatur Alexan. hic, n° 30. Iacobus de nigr. n° 232. Donellus d° loco. Huius rei ratio est, (licet Bartolus nullam inuenerit in d° § Variis) quia qualibet ex illis actionibus semel lata parit exceptionem rei judicatae in alia actione. l. si differentiae. 23. D. quibus mod. pignus. l. fundus. 16. l. fundi. 18. D. de exceptionibus, probat Pichardus in § sic itaque, Inst. de Actionibus, n° 73. Nec obstat textus in Auth. de fidejussoribus, § sed neque, ubi securrit actio personalis et hypotecaria, ex quo textu contrarium tenuit Romanus, consilio 340. Guido decisione 108. et in terminis Iasso in additionibus ad Porcium in principio de legatis, nam ibi. in d° Auth. est priuilegium speciale, quo creditores, qui onerantur faciendi excussionem in principali et fidejussoribus, releuari debet in alio, ut citius perueniat ad 3um possessorem. l. cum qui, in principio D. de Jureiurando, quod priuilegium non est extendendum ad alios casus. Cagnolus in l. edita. C. de edendo, Boetius decisione 334. col. penultima. quibus ad laudem Dei finitur noster textus.

Ad

Ad legem Cum filiofamilias Digestis de legatis primo. &

2 Commendant hanc legem B[to] vt difficilem, vt difficilliorum altam, et profundam materiam habentem Cumanus. Iass. et Ioan. Bolognetus, vt subtilem Aretinus, vt subtilissimam Ripa, et Marianus Socinus, qui cum aliis in quatuor diuidunt partes, quas clarioris doctrinæ gratia operæ pretium duxi sigillatim exponere, 1[a] procedit in modum regulæ, cum filio familias, vel seruo alieno legatum vel hereditas datur, fidei committi Patris, vel Domini potest. ita est legendum, vt in Florentino exemplari, non fideicommitti Patri vel Domino potest, vt legitur in Vulgatis codicibus, quæ lectio signat cum filio familias, vel seruo alieno legatum vel hereditas datur, Patri vel domino fideicommissum posse relinqui, vt aduertit Donelus ad hanc legem. 8. comment. cap. 10. in prin. mens autem Pappiniani non ea est, sed potius Patrem vel Dominum posse fideicommisso grauari. idem probat textus in l. si alienus seruus, 64. sup[a] tit[o] 1[o] in l. a Patre vel Domino. 4. sup[a] tit[o] 2[o] l. si seruum heredem. 28. § si quis commissa eo tit[o], l. Nemo sinus. 22. § Seruo D. ad l. Falc. l. quidam ita, 25. § si seruo D. ad Trebell. l. 1[a] § sciendum D. de leg. 3[o] l. Placet. 73. D. de acquir. hered. l. 1[a] vers. et hæc dispositio . C. com. de legatis, in illis verbis, vel alia persona, quam grauari fideicommisso possumus, quæ ad patrem vel dominum solent refferri, quando quid Filio vel Seruo relinquitur tit[o]. Copiosissimos ad hanc legem scribunt commentarios omnes Ordinarii Interpretes hic ex repetentibus Baldus Nouellus, Marcus Antonius, Marianus Socinus, Crauetta, et Bologn. erudite explicant Duarenus in paraphrasi ad nostrum titulum, Donel. dicto cap. 10. Osualdus litera B. Alciatus, Cujatius, Goueanus, Fachineus, Gutierrez, et alij in discursu referendi.

Prosequitur I.C. in l. 1[a] § sciendum D. de leg. 3[o] Vel dum

2 Quomodo sit legendus noster textus 2.

Adimitur.

eis non admittitur, ex quo possunt gravari illi, quibus testator potuit aliquid adimere, et non adimit. V.g. venientes ab intestato l. conficiuntur. 8. § sed in legº D. de Iure codicillorum. l. si Titio. 92. § sicuti D. de leg. 1º l. tam quam. C. de fideicommissis, illos non potuit defunctus excludere testamento facto. l. quamdiu. 8. D. de Regul. Juris, et consequenter vocati censentur Juditio defuncti. Sed contra, quia hereditas testamentaria descendit a lege simul et a defuncto. l. lege obvenire, 130. D. de Verb. significatione. quod falsum est hereditatem ab intestato descendere a defuncto, ut non distinguuntur. R. Hereditatem testamentariam directe promanare a defuncto simul et a lege, ut in d.l. lege obvenire, at vero hereditatem ab intestato promanare directe tamen a lege, sed indirecte a defuncto, qui poterat adimere, quo modo loquitur d.l. conficiuntur; Donellus lib. 9º cap. 16. post prin., et Hinc etiam petenda est ratio decidendi textus in l. si Titio, § sicuti, cum l. seqq. D. de leg. 1º ubi posse gravari a Patre legitimi heredes filii impuberis, quia illos potuit Pater excludere pupillariter substituendo. l. Pappinianus. 8. § sed neque impuberis, D. de inoff. testº. et multo magis gravari posse substituti pupillares. l. ex duobus. 34. in fin. cum l. seqq. D. de Vulgari. si vero filius impubes exheredatus sit contraria ratione, non potest gravari substitutus eius, aut heredes legitimi. l. plane. 94. in prin. l. ab exheredati. 126. D. de leg. 1º. l. fin. in prin. de leg. 3. quia nihil ad illos pervenit de bonis testatoris, et licet heredes legitimos pupilli posset excludere facta substitutione pupillari in aliis extraneis, tamen hoc non sufficit, sed requiritur ne adimatur aliquid proprium defuncti. quomodo intelligenda sunt predicta verba, vel dum eis non adimitur, quo resolvenda venit questio practicabilis, utrum ille cui commissa est electio maioris inter plures successores, possit imponere gravamen. de qua vide Molinam de primogen. lib. 1. cap. 5. a n.º 30.

Ultº cui nihil acquiritur alterius morte gravari nequit, et generale pro loquium est, onerari non posse qui honoratur. l. sed et si. 6. in fine. D. de leg. 3. l. ab eo. 9. C. de fideicommissis. Vachonius 4º. Declarationum, cap. 11. Matthaeus Epitome legatorum, lib. 2º cap.

1º.

1º nº. 29. [illegible] txº in l. fideicomissum. 78. D. de leg. 1º. v. fidei=comissum, quod a legatarijs relinquitur, ita demum ab eis debetur, si ad legatarium legatum peruenerit. l. Imperator. 70. § 1º. D. de leg. 2º. v. sed et si legatum perceperit, non amplius ex causa fidei=comissi cogendus est soluere, quam recepit. l. 1. § si is cui. D. ad Treb. comprobatur in d. l. Imperator, § si centum, ubi grauamen quantitatis commensuratur eius relicto quantitatis, si vero alterutrum sit spes etiam si plures estimandum veniat grauamen debetur, quia forte hoc erit utilius legatario ex aliqua causa. hinc etiam petenda est ratio decidendi txº in l. si mulier. 3. § si rem, D. de leg. 3. ubi quando legatur creditori quod antea debebatur ipsi a testatore ex stipulatione, et sic actione personali tantum valet legatum, quia de nouo donatur illi actio realis, qua potest vindicare idem debitum, sed non admittitur grauamen, quia nihil bonorum datur illi; quod si legatum esset representationis valeret fideicomissum propter fructus medij temporis, arg. l. 18. § si quis creditori. 10. D. ad l. Falcidiam. et ex eodem principio deducitur ratio decidendi txº in l. plane. 94. § fin. D. de leg. 1º. cum lege reg. ubi seruus cui libertas relinquitur, grauari non potest, neque ad operas, quia libertas non est res appretiabilis. l. libertas. D. de regulis Juris.

Preterea requiritur, ut quod peruenit ad grauatum, sit ex volunt.e defuncti saltim presumpta, quo declaratur etiam txº in l. ex filio. 2. D. de leg. 3º. ubi heredes legitimi filij preteriti grauari non possunt, quia licet filius impugnet Paternum testamentum, et ab intestato succedat ei, et hoc modo perueniant bona Patris ad heredes filij, tamen hoc non procedit ex volunt.e Patris, qui heredem extraneum instituerat excluso filio, et eius successore, et itaetiam procedit lex. 1ª. § illud, penult.e D. de leg. 3º. ubi repudiata hereditate a 1º succes.re legitimo non tenentur fideicomisso illi, quibus 2º loco defertur. Neque obstat lex licet Imperator, 74. D. de leg. 1º. juncta lege si Titio. 61. § Julianus, de leg. 2º. ubi substitutus tenetur oneribus instituti etiam si tacita sit substitutio iuris accrescendi inter heredes legitimos. quo fundamento Ant. Fab. 4º. coniecturarum, cap. 11.

Pugn

Apingit negat in d. l. 1a. §. penultº 2 nam ex secuturos et tacitos succedere ex volunt. defuncti, quod defficit in Heredibus, legitimis 2i gradus, quos testator n' cogitabat successuros, et n' est dicendum grauare, quem cogitauit honorare; Osualdus ad Donelum lib. 8º cap. 8. litera. B. et ita eodem modo procedit tx. in. l. qui vnum filium, penult. D. de Jure codicill. que loquitur de posthumo vel filio quem Pater decessisse Judicabat, qui n' poss grauari, quia illos nolluit honorare. unde n' admittitur grauamen in legitima filiorum, que contra voluntatem Patris eis debetur; l. quoniam in prioribus 32. §. Scimus. 36. §. 1º C. de inofficioso, neque in legitima Patroni l. filius familias. 114. §. si libertus, D. de leg. 1º neque in quarta Diui Pij, que debetur impuberi arrogato. l. si arrogator. 22. §. sed si impuberis, in fine. D. de Adoptionibus, que ratio petendae ex. l. cum legatum. 18. D. de Adim. legatis l. vnum ex familia. 69. §. si de falzidia. D. de leg. 2º?

Vtrum grauari possit Pater, vel Dominus, quorum filijs vel seruis aliquid relinquitur, et an filius possit esse fideicommissarius?

De personis legantis, legatarij, et grauati. ex lege 2a. Hoc titulo.

Solum Hi, qui testamentum facere possunt, recte fideicommittunt, et legant, hac. l. 2a. et. l. 1a. §. 1º. D. de leg. 3. Vnde petendae ratio, descidendi tx. in. l. nutu. 21. D. de leg. 3. vbi mutus qui testari n' potest. l. mutus. 6. D. de testis n' potest signis fideicommittere, et ille tx. n' solum accipiendus est de muto ab ipsa natura, prout

vo-

voluit Cujacius in l. 6. § 1°. D. de test.° Triboniano totum illud verbum imputans, nisi supervenien morbus ei impedimento sit, sed et rectius intelligitur de illo, qui factus est mutus ex aliqua infirmitate, quia etiam illo tempore non poterat test.um facere nisi ex privilegio, d. l. mutus. Vesua[illegible] ad Donelum lib. 6. cap. 1. lit. R. At vero post novam constitutionem l. Discretis. 10. C. qui test.a facere poss. § Item surdus, Inst. quibus non est permissum qua conceditur mutis testari posse, si ex infirmitate acciderit, consequenter dicendum est, posse fideicommittere, et in hac parte derogari dicta l. Nutu. 21. notat Duarenus, et Matteacius epitome legatorum, lib. 2°. cap. 1°. n°. 3°.

Quo autem tempore requiratur haec potestas testandi, ut possit validiter legari et fideicommitti disputandum cum DD. in l. 1ª D. de leg. 3°. et interim animadverto illo tempore requiri hanc potentiam, quo requiritur ad dispositionem, in qua legatur vel fideicommittitur, v. g. si in test.o requiritur tempus quo fit, si in codicillis, sufficit tempore mortis, quia nuda voluntate confirmantur l. qui ex libertis. 11. § fin. D. de secundis tab. l. conficiuntur. 8 § codicillis, D. de Iure codicill. probat lex 1ª § sed si filius familias, et § si quis plane D. de leg. 3. Donellus comment. lib. 8. cap. 5°.

De personis legatarij, et fideicommissarij ad interpretationem tex. in § legari, Inst. Hoc tit.° et tex. in l. si mihi et tibi. 12. § reg. hoc tit.

Quibus hereditas relinqui potest recte legatur et fideicommittitur, derogata observatione antiqua, secundum quam incapacibus poterat fideicommitti, quae refertur in proprio Inst. de fideicommiss. her. de quo in l. 1ª Hoc tit.° 2 Servis etiam eorum recte legatum relinquitur, et fideicommissum. d. § Regula l. Servo alieno. 113. D. de leg. 1°. et tunc persona Domini attenditur ad capacitatem, et servus attenditur

ad

ad alia omnia. Unde quod Dno legari n. potest, recte legatur seruo eius, qui tunc considerat quasi liber. l. debitor. 22. § seruo alieno, D. de leg. 2° neq. obstat valere legatum relictum seruo, quadiu seruiet, l. seruo alieno n. 3. D. de leg. 1° quo casu videtur seruus non posse considerari liber, q[ui]a etiam in illo modo legandi de finiri debet legatum ex persona serui, n. alias ac si liber esset seruus cui relinquitur: nec attenditur persona Domini, cui n. poterat directe relinqui n. obstante dicta argumentatione, que captiosa annotatio dicitur in d. l. debitor, prout interpretatur Osualdus Comment. lib. 8. cap. 6. litera, A ...

De Personis que possunt grauari legato et fideicommisso. ex l. 1. § sciendum D. de leg. 3°

Qui morte alterius quidquam consecuti, grauari possunt, d° §. sciendum, l. si mulier. 3. § Iulianus. D. de leg. 1°. Declaratur 1° ut generali nomine grauari possint quicumque successores. l. cum quidam C. de fideicommissis. Fiscus. l. filius familias. 114. § 2°. D. de leg. 1°. Pater in peculio, d. l. filius familias, in principio, et heres heredis hoc nomine appellatiuo utiliter grauatur. l. si fuerit. 1. in fine. D. de leg. 3° et ut recte notat Areti[n]us in l. verbis ciuilibus D. de Vulgari, ab ipso herede heredis incipit fideicommissum. neq. possit admittere sententiam tumani in eodem § fin. colte in cap. si pater. 1. parte, verbo, eidem filio, et in. 2a parte verbo, Abbati, n. 17. qui tenent verba huius fideicommissi impropriandas fore, ut grauamen intelligatur relictum ab 1° herede, arg. l. peto. 69. § mater. D. de leg. 2°. l. etiam. 20. C. de fideicommissis, ubi fideicommissum relictum a tutore habetur, ac si relinqueretur a pupillo, ut hoc modo valeat, ne alias grauetur qui n. honoratur, nam diuersa militat ratio in herede heredis, ad quem tandem perueniunt bona testatoris, que

numquam pertinent tutori, n. 1º grauari potest heres heredis nomine proprio, l. sed et si. 6. in fine. D. de leg. 2º quam differentiam aprobat lex. 4. tt. 9. p. 6. tunc Jasso in l. cum filio, nº 52. Menesio in l. ab eo. C. de Fideicomissis. et ratio differentie e, quia heres heredis censetur esse heres testatoris in l. fin. C. de Heredibus instit. Unde quando testator grauat heredem sui heredis nomine appellatiuo videtur approbare successionem suam in illo. At quando nomine proprio grauat Titium quamuis heres sit, potius videtur Titius obtinere Heredit... casu, quam ex Judicio primi testatoris. Quam differentie rationem probant in d. l. cum filio, Bal. et Ripa, nº 17. Sozing. nº 7. Simon Crauetta, nº 93. Peregrinus de Fideicomissis, art. 1º nº 18. licet Bachonius 4º declarationum, cap. 13. indistincte teneat grauari posse Heredem heredis etiam proprio nomine, qui dictam l. sed et si. 6. D. de leg. 2. interpretatur de dicto herede instituto ab alio extraneo, non a domino, et tunc non valet fideicomissum, quia semper heredis, cui nihil relinquitur, nullo casu grauari potest. quo modo etiam interpretatur d. l. Sozing in l. cum filio. nº 76. Osualdus lib. 8. cap. 7º litt. F. relicta glossa pungente totum versum, sed et si, que licet vera interpretatio videatur, in praxi non est recedendum a communi distinctione iam nostri Regni comprobata.

2º grauari possunt successores particulares v. g. legatarii et fideicomissarii. l. si legatarius. 8. D. de leg. 3º Prio Instit. de singulis rebus per fideicomissum. et heredes legatarij recte grauantur. l. si fuerit. 5. § 1º D. de leg. 3º Bachon. 4º declarat. cap. 13. Osual. lib. 8. cap. 7. litt. F. quod non procedit de rigore iuris, quia ratio que in herede heredis datur, vt dixi ex l. fin. C. de Heredibus instit. deficit in herede legatarii. l. qui fundum. 87. § qui filios. D. ad ... sed ex benignitate recipitur vt heres legatarii grauari possit. d. § 1º. quapropter si filius exheredatus legatarius sit, licet ipse grauari possit. l. coheredi. 41. § quod si heredem, in fine. D. de Vulgari, non tamen admittitur benigne vt heres eius grauari possit. l. cum quidam. 24. C. de legatis, quia exheredatio odiosa est, l. cum quidam. 19. D. de liberis et posth. Donelo lib. 8. cap. 7º

Do:

Donatarii causa mortis et grauari possunt. l. Cum pater. 77. § cont. D. de leg. 2.º et donata inter viruß et vxorem. l. sequens. 68. in fine. D. de leg. 2.º cuius ratio est, quia licet in vita receperint sibi donatum, tamen morte confirmatur donatio, et in vita potuit reuocari l. quia. 11. cum seq. D. de donationibus inter. Olsualdus lib. 8. cap. 7.º littera G. et debitor defuncti grauari potest, quia ex eo presumitur remissum debitum, l. si pecunia. 67. D. de leg. 1.º Neque obstat difficillis lex Cum pater. 77. § qui dotale. D. de leg. 2.º quia in illa specie emptor predii dotalis non est debitor, cuius venditio fuerit nulla, vt notat Castrensis ibi. Tenetur vero vxor, que aliud legatum recipit a marito rata habere venditiones illas, ne Judicium eiusdem testatoris partim aprobet, et partim impugnet. l. neminem. 4. et l. 5. § 1. D. de leg. 2.º Ant. Fab. lib. 4.º coniecturarum, cap. 11.

Vtrum Pater familias, vel Dominus, quorum filius, aut seruus instituti sunt, grauari possint dare ipsis filio, aut seruo.

Precipua est difficultas hec, in qua prima conclusio sit. Pater familias vel Dominus grauari possunt, si quidquam relinquitur illorum filio vel seruo. hec est sententia principii huius legis Cum filio, quod sicut scribitur in Pandectis Florentinis legendum est, Patris vel Domini, vt significetur ipsos grauari, non vero Patri vel Domino, vt tenent codices Vulgati, quia licet etiam possint iidem esse fideicomissarii. L. a filio 25. D. hoc titulo, tamen in tota huius legis contextura, nihil de ea agitur, sed de illo casu, quo Pater vel Dominus grauatur sic. Candem conclusionem probat lex liberis alienis. 62. D. de leg. 2.º textus in Vlpiano in fragmentis, titulo 25, explicant Bartolus et communiter DD. hic. Donellus lib. 8. c. 10.

Sed contra obijciuntur supra dicta, vbi licet alicui acquirantur bona defuncti, tamen grauari nequit, si acquirantur contra voluntatem

illius

i... aut si de volunt.e illius, ex l. ab eo. C. de Fidicomissis. l. cum quidam. 24. C. de legatis, sed acquisitio hic Patri vel Dno fit, ex l. qui potestate. l. qui liberis. 8. § Hec verba. D. de Vulgari. l. sedet si, § Hoc autem, ubi notat Bar. D. de legatis prestan. l. legatum nulli. 21. D. de adimend. legat. quod non potest gravari Pater vel Dominus? R. hanc acquisitionem permanare principaliter a lege, et in consequentiam simul a volunt.e defuncti; qui se conformavit cum disposit.e juris. l. si pater. 40. D. de Heredibus instit. § fin. Inst. de Vulgari, et ideo velle gravantur arg.o l. conficiuntur. 2. D. de Jure Codicillorum juncta l. Si Titio, 91. § ult.o D. Hoc tamen confirmatur, quod tunc dare videtur quando testator potuit auferre. l. 1.a § sciendum. D. de legatis 3.o et potuit Testator sub hac condit.e instituere filium, et servum, si fuerint sui juris, l. si ita est. 15. D. quando dies legati etc.a l. ubi puto, 19. D. ad Trebell. et Jure novo potest prohibere ne acquiratur Patri, sed filio familias, Auth.a Idem. C. de Bonis qui liberis, Bar. in l. 1.a C. de Regula Catoniana, n.o 10. Non obstant Jura in argum.to relata, nam lex in l. qui liberis. 8. § Hec verba. D. de Vulg. specialiter procedit circa interpretationem illorum verborum; Quisquis mihi heres erit, quibus verbis non comprehenduntur qui non sunt expresse instituti. l. cum filio. 3. D. de Vulg. At vero quando agitur, quis possit gravari, R. posse eos, qui aliquid acquirunt judicio defuncti et tacito. d. l. 1. § Sciendum. D. de leg. 3.o et simili modo interpretatur dicta l. Sed et si, § Hoc autem, D. de legatis prest. illis verbis: Neque enim quærimus cui acquiratur, sed cui honor habitus sit. Ita etiam interpretari debet d.a lex legatum nulli. 21. D. de Adimen. legatis, quod si legatum ademerit a Dno, manserit penes servum, et impeditur Juris acquisitio, quod testator facere non potest. l. Nemo potest. 55. D. de leg. 1.o colligitur ex mente Bar.i h. ante num. 1.a ubi idem dicit Soz.inus n.o 6. Ripa. 18. Ruynus. n.o 3.o et seqq. Aymon Craveta. n.o 71. Bolognet. 33. Duarenus h. et Donellus comment. lib. 8. cap. 12. et sequentibus. Ex quibus colligitur ratio, qua pater vel Dominus gravari possunt, quæ,

quia

nia lucrum sentiunt iudicio defuncti; sed itz d. dendae alia
Iasonis ratio h. n.º 11. quam secuti sunt Vicentio et Magistri Sal-
manticenses, ideo grauari posse quia pro heredibus habentur Pater
vel Dominus, quorum filius, vel seruus instituti sunt, arg.º l. acquiritur,
10, § 1.º D. de acquir. rerum dominio. l. si alienus. 64. in fine D.
de leg. 2.º § Item vobis Inst. per quas personas, et faciunt supra dicta
vbi heres heredis censetur et heres testatoris. ......

Quibus rationibus cessantibus defficit fideicomissum, ex quo in-
terpretatur l. si alienus. 64. D. de leg. 2.º vbi defficit fideicomissum
quia interim manumisso seruo neque Dominus habetur pro herede, neque emo-
lumentum sentit. l. fideicomissum, 78. D. de leg. 1.º l. a Patre vel
Domino, 4. D. de leg. 3. vtiliter tamen obligatur ille, penes quem here-
ditas inuenitur, et emolumentum illius v. g. Dominus si seruum ven-
diderit ratione pretij. l. Plane. 94. § 1.º D. de leg. 1.º l. fin. in fine
D. de leg. 2.º neque admitenda est Bartoli interpretatio, qui dixit, fi-
deicomissum in d. l. si alienus, defficisse secundum verborum
sonitum, non vero in veritate, quod tenuit h. n.º 3.º et Paulus Castr.
n.º 13. Baldi Nouell. n.º 78. Ripa. 81. cols. dicit, licet impug-
net. Aleiatus h. n.º 3. quia verius est de Iuris rigore fideicomissum
illud defficisse, licet vtiliter tueatur in persona serui liberum obtinentis.

Ex. § Denique.

Et adeo venime vtramque rationem nostri textus et admittendam,
vt aliter non possit recte interpretari in §§ sequentibus, pa-
tet ex § Denique, vbi si Pater grauatur, extraneo detrahit quar-
tam, quo casu admittenda est 2.ª ratio, vt habiatur Pater pro
herede, nam si heres non esset, non detraheret Quartam, arg.º l. lex,
Falzidia 47. § vlt.º D. Ad Legem Falz. et sic intelligenda sunt
illa verba, quoniam ex persona filij tenetur, quod vt intel-
ligatur supponendum est retentionem Quartae Falzidiae et Tre-
bellianicae concedi, ne Timidi heredes sine spe lucri facille repu-
diarent hereditates defunctorum. l. filius familias. D. ad legem
Falz. et quamuis filius sine iussu Patris nequeat adire, vel

re-

repudiari. l. qui in aliena. 6. D. de acq. heredit. tn iubente Patre ipsi filius qui adit inmediatē, vel repudiat. l. is qui heres. D. de acquirenda, l. cum proponas. C. de Heredibus instit. et qui Patrem obligat, argo. l. Socium. 61. § 1°. D. Pro socio, l. Non inem. 54. § quidam. D. de solutionibus, notat Palus. th. n° 7° Alex. 3. Tasso. 12. Ant. Gomez. lib. 2° Variarum, cap. penulto. licet ergo Pater detrahit quartam, qui obligatur creditoribus hereditariis ex persona filii adeuntis, non aliter ac si Pater ipse adirit, quia pro herede habitur. 2. di vero ipsis Filio vel seruo restituturi est Pater, vel Domino, tunc procedit 1a et iuris ratio, ideo grauari, quia lucrum sentiunt iudicio tacito defuncti. argo. l. sicut. 41. in fine. D. de euictionibus, ut notat Duarenus th., et probatur, namsi hoc casu pro heredibus haberentur, obligaretur Pater filio ex persona filii, quod est impossibille, argo. l. Vranius. 72. D. de Fideiussoribus. l. debitor. 7. C. de Pactis. l. 2. D. de stipulat. seruorum, et hoc e quod expressit Consultus in d. l. 6, Quoniam ex persona sua sibi filius rogari non posset. at pater non ut heres, sed ut pater rogari videretur. nam verum quod fuit praetermittere considerationem hanc, qua pater pro herede habitur, ad hoc ut ipsi filio possit obligari, et consequenter neque retinet quartam, quae non debetur nisi heredi. „

Sed contra obijcitur textus in l. 1a. Versic. Idem est et ipsi filio. 11. D. ad Trebell, ubi hoc casu Pater transfert actiones Hereditarias, quia habitur pro herede, et poterit retinere quartam. ob quam difficultatem Rainus in d. l. 1. tenuit communiter interpretari nostram legem de casu predicto, et neque Patrem posse retinere quartam neque actionem transferre, at vero dictum Verssicullum, Idem est, de casu, quo non erat institutus filius, sed Pater, et tunc recte poterit transferre actiones, et retinere quartam. sed contra est dictus § Idem est, iuncto precedente, ubi idem est in nostro casu decisum est, glossa th verbo, non admissa, quam sequitur Bartolus. n° 11. et communem testatur Tasso, n° 163. Ripa, n° 172. Sozinus. n° 232. tenuit distinguendum fore inter retentionem quartae. et translationem

[margin: + nostra lege]

actio:

actionum, ut illud non cedatur Patri, hoc vero cedatur, et ratio disparitatis est, quia, ut dixi, quarta solum conceditur heredi, at vero translatio actionum cuicumque qui obligatus est v.g. fideicommissario universalli. d. l. 1. § de illo. D. ad SC. Trebell. et de legatario partiario dixi in principio l. 19. ad interpretat. l. mulier. 20. § fin. D. ad Trebell. nihil ergo mirum est, patrem transferre actiones etiamsi non consideretur heres quia obligatus est. Id quod obiicitur text. in l. si filius familias. 18. D. ad legem Falc. ubi pater retinet quartam, quamvis succedat in peculio castrensi, et tunc non habetur pro herede. l. 1. et 2. D. de peculio castrensi, l. servum filij. 46. D. hoc titulo (unde quamvis non conficiat inventarium, non obligatur ultra vires peculij. l. Pater qui castrense. 17. in principio. D. de castr. peculio, tenet Iasso in l. si infanti. C. de Iure deliber. col. 4a. Cieslig in principio Inst. quibus non est permissum fa. tit. ... neque confiscatur peculium propter delictum filij. l. 3. C. de Bonis proscripto. quod etiam de Iure novo procedere tenent plures relati ab addicionatore Antonij Gomez in 2o. Variar. cap. 11. no. 14. ad fin. Costa in l. qui duos, § in bello. D. de Reb. dubijs, verb. pater, no. 11. Castro de Bonis que liberis. 2. p. no. 4o. idem etiam deffenderes de Iure Regio. quo argumento Aretinus in Rub. D. de acquir. hered. col. penul. tenuit Patrem succedentem filio iure peculij similem esse Heredi, et ideo quartam deducere facit Auth. de Heredib. ab intestato, § 1. col. 9. quo Iure novissimo ita tenuit Ant. Gom. loco citato, et de Iure Regni procedit ex l. 6. Tauri. l. 1. et 4. tit. 8. lib. 5. compil. ubi Pater censetur succedere Iure Hereditario in bonis filij etiam castrensib. ibi: de qualquier qualidad que sean. notat Cifuentes de maioratibus, 1. p. q. 1. no. 22. Avendaño in l. 6. Tauri, gl. 7. § que licet vera videantur de Iure Regio. tamen de Iure antiquo manet difficultas. Igitur dic patrem occupantem, et retinentem peculium, non haberi pro herede, sed tantum atque de restitutione tractatur, incipit peculium esse hereditas. d. l. filius familias, ibi, nam cum apud patrem remanet, Ius pristinum durat, et in fine, ibi: fiat que

redi. e post mortem.

Secunda Conclussio.

Pater vel Dominus, quorum filius familias vel servus instituti sunt, possunt gravari eidem filio vel servo restituere Hereditatem, quae est sententia patrii nostri textus, et confirmatur, quia similiter possunt ipsi filius et servus instituti gravari de restituenda hereditate Patri vel Domino. l. a filio. 21. D. hoc titulo. l. cogitum. 91. D. eodem, et tunc erit utile fideicommissum, si antequam hereditas acquiratur, manumissi sint, ut sibi acquirere possit, ex l. si pater. 40. D. de Hered. instit., nam si permaneant sub potestate aliena, tunc fit inutile fideicommissum, ut colligitur ex d. l. a filio, ubi si iussu Patris adita sit hereditas, imputatur ei in Falcidiam, quia non acquiritur ut fideicommissum, sed ut hereditas, quia solum in Falcidiam imputantur quae Jure hereditario acquiruntur. l. in quartam. 91. D. ad legem Falc. tenuit Ulpianus titulo 24. § 24. Gotfredus cum aliis in d. l. in quartam, litera, & 2a Cuiacius Lib. 6. observationum, cap. 37. et alios relatos ab Osualdo lib. 8. cap. 7. litera. D.

Sed contra Hanc conclusionem obiicitur, quia hoc fideicommissum videtur frustratorium, nam si pater restituat filio, iterum acquiritur Patri ex regula l. Placet. D. de acquir. l. 1. D. si a parente quis fuerit manum. [qua ratione Ant. Gomez 2o. resolut. cap. 4. no. 21. tenuit non valere donationem factam a patre filio suo familias, de quo vide Osualdum lib. 9. cap. 5. litera. D.] sed etiam nec ullo alio casu valere potest fideicommissum hoc, quia vel Filius aut servus manumittuntur, antequam adeant hereditatem, et tunc cum sui Juris facti adeunt, sibi acquirunt. l. si pater. 40. D. de Heredibus instit. et consequenter deficit fideicommissum illis relictum a se ipsis. l. legatum. 116. § Heredi. D. de leg. 1o. vel tempore aditionis alieno Juri subiecti erant, ut patri vel Domino hereditas acquiratur, deinde manumittuntur, ut fideicommissum sibi possint acquirere, sed hoc non sufficit, quia fidei-

com-

commissum hoc n' valeret, si tempore testam[ti] decessisset testator, quando filius familias non manumissus patri deberet acquirere, ut dixi in argum[to], et consequenter non valet quidquid postea evenerit. l. 1. D. de regula Catoniana, § an servo. Instit. de legatis. ;;;;;;;;;;;;

